

111  
M. n. n.  
anica  
minda  
Et  
C. S. S.  
B. S. S.  
S. S. S.  
D. S. S.  
S. S. S.  
S. S. S.

M. T. Ciceronis opuscula que in hoc  
volumine continentur hec sunt.

Cato maior siue de senectute.

Lælius siue de amicitia.

Sextus liber de republica.

Paradoxa idest questiones admirabiles.

## M. T. C. GATO MAIOR. SIVE DE SENECTUTE

Incipitur foeliciter.



Ille si quid ego adiuto: curam ve leuaffo: *libro*  
 Quæ nunc te coquit: & versat sub pectore fixa:  
 Et qua deprimeris nunc tu noctesq; diesq;  
 Ecquid erit precii? Licet enim mihi versibus iisdem affa-  
 ri te Attice: quibus affatur Flamini ille vir haud ma-  
 gna cum re: sed plenus fidei. Quamquam certe scio: non vt Fla-  
 minium sollicitari te Attice sic noctesq; diesq;. Noui enim mode-  
 rationem animi tui & æquitate: teq; non cognomen solum athe-  
 nis deportasse: sed humanitatem atq; prudentiam intelligo: & ta-  
 men suspicor eisdem te rebus: quibus me ipsum interdum maxime  
 commoueri. quarum consolatio & maior est: & in aliud tempus  
 differenda. nunc autem mihi visum est utile de senectute aliquid ad  
 te conscribere. Hoc enim onere: quod mihi tecum est commune:  
 aut iam vrgentis aut certe aduentatis senectutis: & te & me ipsum  
 leuari volo: & si te quidem id modice ac sapienter sicut omnia & fe-  
 rre & laturum esse certo scio. Sed mihi cum de senectute velle ali-  
 quid scribere: tu occurrebas dignus eo munere: quo vterq; nram  
 vteretur communiter. Mihi quidem ita iucunda confectio huius  
 libri fuit: vt non omnes modo absterferit senectutis molestias: sed  
 effecerit mollem etiam & iucundam senectutem. Nunquam igitur  
 satis laudari Philosophia poterit: cui qui pareat: omne tempus æta-  
 tis sue sine molestia possit degere. Sed de cæteris & diximus mul-  
 ta & sepe dicemus: nunc autem librum de senectute ad te misimus.  
 Omnem autem sermonem tribuimus non Titono: vt Aristochi:  
 ne parum esset auctoritatis in fabula: sed. M. Catoni seni: quo ma-  
 iorem auctoritatem haberet oratio. Apud quem Lelium & Scipio-  
 nem fecimus admirantes: q; is tam facile senectutem ferat: usq; eum  
 respondentem. Qui si cruditius videbitur disputare: quam consue-  
 uit ipse in suis libris: attribuito litteris grecis: quarum constat eum  
 per studiosum fuisse in senectute. Sed quid opus est plura: iam est  
 ipsius Catonis sermo explicabit nram oem de senectute sententiam.

P. Scio. C. Lelius. Cato senior.

Sæpe numero ad mirari soleo cum hoc. G. Lelio cum cætera  
 rum tuam excellentem. M. Cato perfectamq; sapientiam: tum  
 vel maxime q; nunquam tibi senectutem grauem esse senserim:

que plerisque senibus sic odiosa est: ut onus se Aetna grauis dicat  
sustinere. **CATO.** Rē haud sane difficile o Scipio & Leli admirari  
videmini. Quibus em̄ nihil opis est in ipsis ad bñ beateq; viuendū:  
eis oīs ætas grauis est. Qui aut̄ oīa bona a se ipsis petunt: iis nihil  
malū potest videri: quod nature necessitas afferat. Quo in gñe est  
in primis senectus: quā vt adipiscatur oēs optant: eandē acculant  
adepti: tanta est inconstantia, stultitia, atq; peruersitas. Obrepe-  
re aiunt eā citius: quā putassent. Primū quis cogit eos fallum pu-  
tare? Qui em̄ citius adoleſcētiē senectus: quā puericiē adoleſcen-  
tia obrepit? Deinde qui minus grauis his senectus esset: si octin-  
gētesimum annū agerēt quā octogesiū? Præterita em̄ ætas quā  
uis lōga cū effluxisset: nulla cōsalatiōe pmulcere posset stultā sene-  
ctutē. Quocirca si sapiētiā meā ad mirari soletis: q̄ vtinā digna es-  
set opinōe v̄ra n̄oq; cognomine: in hoc sum? sapiētes: q̄ naturā  
optimā ducē tanq; deū seqmur: eisq; paremus: a quo nō verisimile  
est cū ceterē ptes ætatis bñ descriptē sint: extremū actū tanq; ab  
inerti poeta esse neglectū. Sed tñ necesse fuit esse aliqd extremū tā  
q̄ in arborū baccis terreq; frugib?: maturitate tēpestiua quasi vie-  
tū atq; caducū: qd̄ ferēdū est molliter sapiēti. Quid est em̄ aliud  
gigātū more bellare cū dis: nisi naturē repugnare? **LAELIUS** at  
q̄ Cato gratissimū nobis: vt etiā p̄ Scipiōe pollicear: feceris: si qm̄  
speramus & volum? qd̄ senes fieri: an̄ multo a te didicerim? q̄b?  
facillime rationib? ingrauescētē ætatē ferre possimus. **CATO.**  
Faciā vero Leli: præsertim si vtriq; v̄m vt dicis: gratū futurū est.  
**LAELIUS.** Volum? sane: nisi molestū est Cato: tanq; lōgā aliq; viā cōfe-  
ceris: q̄ nobis quoq; ingrediendū sit: istuc quo puenisti: videre q̄le  
sit. **CATO.** faciā vero Leli: vt potero. Sepe em̄ interfui q̄relis æq̄  
lūm meorū: pares em̄ cum paribus veteri prouerbio facillime cō-  
gregatur: quas **C.** Salinator & quas spurius Albinus hoīes cōsu-  
lares n̄ri fere æquales deplorare solebāt: tū q̄ voluptatib? care-  
rent: sine quibus vitam nullam putarent: tum q̄ spernerētur ab  
iis: quibus essent colli soliti. Qui mihi nō id videbantur accusare:  
quod esset accusandū. Nā si id culpa senectutis accideret: eadē mi-  
hi vsu euenirēt reliquisq; omnib? maiorib? natu: quorū ego mul-  
torū cognoui senectutem sine querela: qui se libidinum vinculis  
laxatos esse non moleste ferrent: nec a suis despicerentur. Sed om-  
nium istiusmodi querelarum culpa in moribus est: non in ætate.

Moderati enim nec difficiles nec inhūani senes tolerabilē senectutē  
 agūt. Importunitas aut̄ inhūanitas oī ætati molesta ē. LAE. Est  
 vt dicit Cato: s; fortasse dixerit q̄sp̄iā tibi p̄pter opes & copias &  
 dignitatē tuā tolerabiliorē senectutē videri: id aut̄ nō posse multis  
 cōtingere. CA. est istud qd̄ aliqd̄ Leli: sed nequāq̄ in isto oīa. Vt  
 Themistocles fertur Scirphio cuidā in iurgio iñd̄isse: cū ille dixisset  
 nō eū sua sed patrię gloria splendorē assecutū: nec Hercule in-  
 quit: si ego Scirphius essem: ignobilis: nec tu si Atheniensis esses:  
 clarus vnq̄ fuisses. qd̄ eodē modo de senectute dici pōt. Nec em̄ ī  
 summa inopia nō leuis esse senectus pōt sapiētī quidē: nec in sp̄ica  
 ti etiā summa copia nō grauis. Aptissima sunt oīno Scipio & Le-  
 li arma senectutis artes exercitatioesq̄ virtutū: q̄ in oī ætate culte  
 cū diu multūq̄ vixeris: m̄nificos afferūt fructus: nō solū quia nū  
 quā deserūt: ne in extremo quidē ætatis tpe: quamq̄ id qd̄ maxi-  
 mum est: verū etiā quia cōsciētia bñ act̄æ vitę multorūq̄ bñfacto-  
 rum recordatio iucunda est. Ego Q. Maximū eū: qui Tarētū re-  
 cepit senē adolescens ita dilexi vt æqualē. Erat em̄ in illo viro cor-  
 mitate condita grauitas: nec senectus mores mutauerat: quamq̄  
 eū colere cœpi nō admodū grandē natu: sed tamē iā ætate proue-  
 ctum. Anno em̄ postquā primum cōsul fuerat: ego natus sum: cū  
 q̄ eo consule quartū adolescētulus miles ad Capuā profectus sū:  
 quintūq̄ anno post ad Tarētum quęstor. Deinde ædilis. Quadri-  
 ennio post factus sum p̄tor: quē magistratū gessi cōsulibus Tu-  
 didiano & Cethego. Tū quidē ille admodū senex suā or̄ legis Cyn-  
 thie de donis & munerib; fuit. Hic & bella gerebat. vt adolescēs:  
 cū plane grādīs esset: & Annibalē iuueniliter exultatē patiētia sua  
 molliebat. De quo p̄clare familiaris n̄ Ennius. Vn; hō nobis cū  
 stādo restituit rē. Nā nō ponebat rumores iā salutē. Ergo magis  
 q̄ magisq̄ viri nūc gloria claret. Tarētū vero qua vigilantia quo  
 cōsilio recepit: Cū qd̄ me audīte Salinatori q̄ amisso oppido sus-  
 gerat in arcē gloriātū atq̄ dicētī: mea opa maxime Tarētū recepi-  
 sū. Certe inq̄ arridēs. Nā nisi tu amississes: ego nūq̄ recepisse. Nec  
 vero ī armis prestātor q̄ in toga. Qui iterū cōsul Spurio Carui-  
 lio collega q̄scēte. C. Flamini. Tr. Pl. quoad potuit restitit agrū  
 Picenū & Gallicū viritū cōtra senatus auctoritatē diuidētī. augur  
 q̄ cū esset: dicere ausus est optimis auspiciis geri ea: q̄ pro repu-  
 salute gererētur; q̄ cōtra rēp. a ferretur; cōtra auspicia ferri. Multa

In eo viro preclara cognoui. Sed nihil est admirabilius quam quod morte. M. filii tulit clari viri & consularis. Est in manibus laudatio: quam cum legimus: quem philosophum non contemnimus? Nec vero ille in luce mortis atque in oculis civium magnus: sed intus domique prestantior. Qui sermo: que precepta: & quanta notitia antiquitatis: quanta scientia iuris: Multe etiam ut in homine Romano littere erant. Omnia enim memoria tenebat non domestica solum: sed etiam externa bella. cuius sermone ita cupide fruebar: quasi iam diuinare id: quod evenit postmodum: illo extincto fore unde discerem nemine. Quorsum igitur hec tam multa de Maximo? quia profecto videtis nefas esse dictu miseram fuisse talem senectutem. nec tamen oes possunt esse Scipiones aut Maximi: ut urbium expugnationes: ut terrestres navalesque pugnas: ut bella a se gesta: ut triumphos recordentur. Est etiam quiete & pure atque eleganter actae aetatis placida & lenis senectus: quale Platonis accepimus: qui vno & octogesimo anno scribens mortuus est: qualeque Isocratis: qui eum librum qui Panatheniacus inscribitur: quarto & nonagesimo anno scripsisse dicitur: vixitque quinquennium postea. Cuius magister Leontinus Gorgias centum & septem complevit annos: neque unquam in suo studio atque opere cessavit. qui cum ex eo quaereretur: cur tam diu vellet esse in vita: nihil habeo inquit quod incusem senectutem. Preclarum responsum & docto homine dignum. Sua enim vitia insipientes & suam culpam in senectutem conferunt. Quod non faciebat is: cuius modo mentionem fecimus Ennius. Sicut fortis equus spacio qui forte supremo vicit olympia nunc senio confectus quiescit. Equi fortis & victoris senectuti comparavit suam: cuius quidem probe meminisse potestis. Anno enim unde vigesimo post mortem eius hi consules. T. Flaminius & M. Atilius facti sunt. Ille autem Scipione & Philippo iterum consulibus mortuus est: cum ego quinque & sexaginta annos natus legem Voconiam magna voce & bonis lateribus suavissem. annos septuaginta natus: tot enim vixit Ennius: ita ferebat duo quae maxima putantur onera paupertatis & senectutis: ut eis pene delectari videretur. Et enim cum complector aetatem: quattuor reperio causas: cur senectus misera videatur. vna quae avocet a rebus gerendis. Altera quae corpus facit infirmum. Tertiam quae fere omnibus voluptatibus priuet. Quartam quae haud procul sit a morte. Earum si placeat causas: quantum quaeque valeat: quantum sit iusta unaqueque: videamus.

**R**ebus gerendis senectus abstrahit? Quibus an iis que iuuentus  
 te gerunt & viribus: Nulle ne igitur res sunt seniles: quae vel in  
 firmis corporibus: aetate tamen administrantur? Nihil ergo agebat  
 Q. Maximus. Nihil. L. Paulus pater tuus o Scipio socer optimi  
 viri filii mei? Ceteri senes Fabricii, Curii, Coru canis cum republica  
 consilio & auctoritate defendebant: nihil agebant? Ad Appii Claudii  
 senectute accedebat etiam ut cecus esset. Tamen is cum sententia se  
 natus inclinaret ad pacem cum Pyrrho foedusque faciendum: non dubita  
 uit dicere ea quae veribus persecutus est Ennius. Quo vobis me  
 tes recte quae stare solebant antehac: dementes sese flexere ruina? Ce  
 teraque gravissime. Notum enim vobis carmen est. tamen & ipsius Appii  
 extat oratio. Atque hanc ille egit decimo anno post alterum consulatum:  
 cum inter duos consulatus anni decem interfuissent: Censorque ante  
 superiorum consulatum fuisset. Ex quo intelligitur Pyrrhi bello gra  
 dem sane fuisse: & sic a patribus accepimus. Nihil igitur afferunt qui  
 in re gerenda versari senectute negant. Similesque sunt: ut sequigu  
 bernatore in nauigando nihil agere dicat. cum alii malos scandat: per  
 foros alii cursitet: alii sentinam exhauriat: ille autem clauum tenens quies  
 sedeat in Puppi. non facit ea quae iuuenes. At vero maiora multo & me  
 liora facit. Non viribus aut velocitatibus aut celeritate corporis: res ma  
 gne geruntur: sed consilio. auctoritate. Inia quibus non modo non orbari: sed  
 etiam augeri solet senectus. nisi ego forte vobis qui miles & tribunus &  
 legatus & consul versatus sum in vario genere bellorum: cessare nunc videor:  
 cum bella non gero. At senatum qui sunt gerenda prescribo: & quod Care  
 thagini maleiam diu cogitanti bellum inferatur: multo ante denuncio. De  
 qua vereri non ante desinam: quae illam excisam esse cognouero. Quam pal  
 mam utinam diu immortales Scipio tibi reseruet: ut autem reliquas persequere: cu  
 lus a morte tertius hic & tricesimus annus est. Sed memoriam illius viri:  
 omnes excipiet anni consequentes. Anno tamen ante me censor mortuus est:  
 nouem annis post meum consulatum: cum consul iterum me consule creatus  
 esset. Num igitur si usque ad centesimum annum vixisset: senectus  
 tis suae eum poeniteret? Nec enim excursione nec saltu nec emis  
 nis hastis aut conminis gladiis vteretur: sed consilio. ratione. sen  
 tentia: quae nisi essent in senibus: non summum consilium maiores nos  
 siri appellassent senatum. Apud Lacedaemonios quidem ii qui amplissi  
 mum magistratum gerunt: ut sunt: sic etiam nominantur senes. Quod  
 si legere aut audire voletis: externas & maximas respu. ab adole



## De senectute.

scētibus labefactatas: a senibus sustētatas & restitutas reperietis.  
 Cedo qui vestrā tempu. tantā amissis & tā cito: sic em̄ pcunctan-  
 ti: vt est in Enni posteriore libro: respōdetur & alia: sed hęc in pri-  
 mis. <sup>venian</sup> proueniebāt oratores noui & stulti adolescētuli. temeritas est  
 florētis videlicet ætatis: prudētia senescētis. At memoria minuit:  
 credo: si nō eā exerceas: aut etiā si sis natura tardior. Themistocles  
 oīum ciuū nomia pceperat. Nū igitur cēsetis etiā: cū ætate proces-  
 sisset: q Aristides esset: Lysimachū salutare solitū: equidē nō mo-  
 do eos qui noui sunt: sed eorū prēs etiā & auos. nec sepulchra le-  
 gēs vereor qd̄ aiunt: ne memoriā perdā. His em̄ ipsi legēs in me-  
 moriā redeo mortuorū. Nec vero quēquā senē audiri oblitū: quo  
 loco thesaurū obruisset. Oīa quę curāt meminerūt. vt vadimonia  
 cōstitutā: & qui sibi & cui ipsi debeāt. Quid iuriscōsulti: qd̄ pōtissi-  
 ces. qd̄ augures. qd̄ philosophi senes: quā multa meminerūt! Ma-  
 nēt ingenia senib⁹: modo pmaneat studiū & industria: neq; ea so-  
 lū in claris & honoratis viris: sed in vita t̄t priuata & qeta. Sopho-  
 cles ad summā senectutē tragedias fecit: ppter qd̄ studiū cū rē ne-  
 gligere familiarē videretur: a filiis in iudiciū vocatus est: vt quē ad  
 modū nostro more res male gerētibus patribus bonis interdici  
 solet: sic illum quasi desipientē a re familiari remouerent iudices.  
 Tum senex dicitur eam fabulam quam in manibus habebat: &  
 proxime scripserat Oedipum Coloneum recitasse iudicibus: q̄  
 fuisseq; num illud carmen desipientis videretur: quo recitato sen-  
 tentiis iudicum liberatus est. Num igitur hunc: num Hesiodum.  
 Simonidem. Sthesicorum: num quos ante dixi Isocratem. Gor-  
 gam: num Homerum: num philosophorum principes Pytha-  
 goram. Democritum: num Platonem: num Xenocratem: num  
 postea Zenonem. Cleātem. aut eum quem vos etiam vidistis Ro-  
 mæ Diogenem Stoicum: coegit in suis studiis obmutescere sene-  
 ctus: Anniō in omnibus his studiorum exercitatio & agitatio vitæ  
 æqualis fuit: Age vt ista diuina studia omittamus: possum nomi-  
 nare ex agro Sabino rusticos vicinos & familiares meos: quibus  
 absentibus nunquam fere in agro maiora opera fiunt. non seren-  
 dis. non percipiendis. non condendis fructibus. quamquam in il-  
 lis hoc minus mirum. Nemo enim tam senex est: qui se annum  
 non putet viuere posse. Sed iidem ipsi elaborant in iis quę sciunt  
 ad se nihil oīno p̄tinere. Serūt arbores q̄ alteri seculo p̄sunt: vt ait  
 a iiii

Statius noster in Synephebis. Nec vero dubitat agricola quāvis sit  
 senex: querenti cui serat: respondere. Diis immortalibus qui me nō  
 accipere modo hec a maioribus voluerunt: sed etiam posteris tra-  
 dere. Mellius Cecilius de sene alteri seculo prospiciente quam il-  
 lud idē. Aedepol senectus: si nihil quicquam aliud viti apporet  
 secum cum aduenit: idvnum sat est: q̄ diu viuendo multa que non  
 vult videt. & multa que vult fortasse. atq; in ea que non vult sepe  
 etiam adolescentia incurrit. Illud vero Cecilius idē dixit vitiosus.  
 Tum equidē in senectute hoc deputo miserimum: sentire se æta-  
 te illa odiosum esse alteri. Iucundum potius quam odiosum. Vt  
 enim adolescentibus bona indole præditis sapientes senes delectā-  
 tur: leuiorq; sit senectus eorum qui a iuuetute coluntur & diliguntur:  
 sic adolescentē senum præceptis gaudet: quibus ad virtutū studia  
 ducuntur. Nec minus intelligo me vobis quam mihi vos esse  
 iucūdos. Sed videtis vt senectus nō modo languida atq; iners nō  
 sit: verumetiam operosa & semper agens aliquid & moliens: tale  
 scilicet quale cuiusq; in superiore vita fuit. Quid: q̄ etiā addiscunt  
 aliquid: vt Solonē versibus gloriantē videmus: qui se cotidie addi-  
 scentē aliquid senem fieri dicit: vt ego feci: qui litteras græcas se-  
 nex didici: quas sic auide arripui: quasi diuturnā sitim explere cupi-  
 piens: vt ea mihi nota essent: quibus me nunc exēplis vti videtis.  
 Quod cū fecisse Socratē in fidibus audirē: vellē equidē etiā illud di-  
 scere. Discebant enī fidibus antiqui: sed in litteris certe laboraui.  
**N**ec nunc quidē vires adolescentis is enī locus erat alter de  
 vitis senectutis: non plus quā tauri vires: aut elephantis ado-  
 lescens desiderabam. Quod enim homini naturaliter insitum est:  
 eo vti decet: & quidquid agas: agere pro viribus. Que enim vox  
 potest esse contēptior quam Milonis Crotoniatē: qui cum iā se-  
 nex esset: athletasq; se exercētes in curriculo videret: aspexisse la-  
 certos suos dicitur: illacrymansq; dixisse. At hi quidē mortui iam  
 sunt. Non vero tam isti: quam tu ipse nugator. Nec enim tu vnquā  
 ex te es nobilitatus: sed ex lateribus & lacertis tuis. Nihil Sextus  
 Aemylius tale: nihil multis annis ante. T. Coruncanus: nihil mo-  
 do. P. Crassus: a quibus iura ciuibus præscribebantur: quorum  
 vsq; ad extremum spiritum est prouecta sapientia. Orator metuo  
 ne languescat senectute. Est enim munus eius non ingenii solum:  
 sed laterum etiam & virium. Omnino canorum & illud in voce

De senectute

splendescit etiam nescio quo pacto in senectute. quod equidē non  
 amissi adhuc: & videtis annos. Sed tamen decorus est senis sermo  
 quietus & remissus: facitq; persepe ipsam sibi audiētiam disertis se  
 nis compta & mitis oratio. quod si ipse exequi nequeas: possis: ta  
 men pręcipere Scipioni & Lelio. Quid enim est iucundius sene-  
 ctute stipata studiis iuuetutis? An ne etiam has quidē vires senectū  
 ti relinquemus: vt adolescentes doceat. insituat. ad omne officii  
 munus instruat? Quo quidē opere quid potest esse preclarus? Mi  
 hi vero & C. N. & P. Scipiones & aui tui duo. L. Aemylus & P.  
 Africanus comitatu nobilitū iuuenum fortunati videbantur. Nec  
 vlli homines bonarum artium magistri non sunt putandi beati:  
 quamuis & cōsenuerint vires atq; defecerint: etsi ista ipsa defectio  
 virium vitis adulescētię efficitur sepius quā senectutis. Libidinos  
 sa enim & intēperans adulescētia effortum corpus tradit senectū  
 ti. Cyrus quidē apud Xenophontē eo sermone quē moriens ha  
 buit: cum admodū senex esset: negat se vnquam sensisse senectū  
 tē suam imbecilliorē factam quam ab adulescētia fuisset. Ego me  
 tellum memini puer: qui cum quadriēnio post alterum cōsulatū  
 pontifex maximus esset: viginti duos annos ei sacerdotio pręfuit:  
 ita bonis esse viribus extremo tēpore ætatis: vt adulescētiā nō  
 requireret. Nihil necesse est de meipso dicere quamquam est qui  
 dē senile: ætatiq; nostrę conceditur. Videtis ne vt apud Homerū  
 quam sepiissime Nestor de virtutibus suis prędicet? Tertiam enī  
 ætatē hominum vivebat: nec erat ei verēdum ne vera prędicans  
 de se nimis videretur aut insolens aut loquax. Et enim vt ait Ho  
 merus: ex eius lingua melle dulcior fluebat oratio: ad quam suavi  
 tatē nullis egebat corporis viribus: & tamē dux ille Gręcię nun  
 quam optat: vt Atacis similes habeat decē: sed Nestoris. Quod si  
 acciderit: non dubitat quin breui sit Troia peritura. Sed redeo ad  
 me. Quartum ego annum agens & octogesimum vellē equidez  
 idē posse gloriari quod Cyrus: sed tamen hoc queo dicere: non  
 quidē iis esse viribus: quibus aut miles bello punico aut questor  
 eodē bello: aut cōsul in Hispania fuerim: aut quadriēnio post cū.  
 Tr. militaris depugnaui apud Thermopylas. M. Attilio Glabrio  
 ne cōsule. Sed tamē vt videtis vos: me non plane enervauit sene  
 ctus nec afflixit. nec curia vires meas desiderat. non nostri. non  
 amici. non clītes. non hospites. Nec enim vnquam assensus sum

veteri illi laudatoꝝ pꝛouerbio: quod monet mature fieri senē: si  
 cū senex esse uelis. Ego uero me minus diu esse senē malle quam  
 esse senē antequam essem. Itaq; nemo adhuc cōuenire me ualuit:  
 quin fuerim occupatus. At minus habeo uirū quam uestrū uer  
 uis. Nec uos quidē. T. Pontii Centurionis uires habetis. Num id  
 circo est ille uobis pꝛestantior? Moderatio modo uirū adsit: tantū  
 quātum potest quisq; nitatur: nec ille quidē magno desiderio te  
 nebitur uirū. Olympiē per stadiū ingressus esse Milo dicitur: cū  
 humeris suis boue sustineret uirū. Igitur has corporis an Pytha  
 gore tibi malis uires ingenil dari? Deniq; isto bono: cum adsit: ga  
 uideas. cū absit: ne requiras: nisi forte adolefcētes pueritiam paulu  
 lum ætate pꝛogressi adolefcētiā debēt requirere. Cursus cert⁹  
 est ætatis: & una uia nature eaq; simplex. Sua unicuiq; parti cert⁹  
 tēpestiuitas est data. Ut infirmitas est puerorū. ferocitas iuuenū.  
 & grauitas iam constantis ætatis: sic & senectutis maturitas natu  
 rale sibi quiddam habet: quod tēpore suo percipi debeat. Audire  
 arbitror te Scipio: hospes tu⁹ Malinussa que faciat hodie nonagi  
 ta natus annos: cū ingressus iter sit pedibus: in equum omnino nō  
 ascēdere. cum autē equo: ex equo nō descēdere. Nullo imbre: nū  
 llo frigore adduci: ut capite operto sit. Summā in eo esse corporis  
 siccitatē. Itaq; oia exequitur regis officia & munera. Potest igitur  
 exercitatio & tēperantia etiam senectuti conseruare aliquid pristi  
 ni roboris. Non sunt in senectute uires. nec postulatur quidē uir  
 res a senectute. Ergo & legibus & institutis uacat ætas nostra mu  
 neribus iis que non possunt sine uiribus sustineri. Itaq; non mo  
 do quod non possumus: sed ne quātum quidē cogimur. At multi  
 ita sunt imbecilles senes: ut nullum officii aut omnino nullum uite  
 munus exequi possint. At id quidē non proprium senectutis uiti  
 um est: sed commune ualitudinis. Quam fuit imbecillis. P. Africa  
 ni filius: is qui te adoptauit: & quam tenui aut nulla potius ualitu  
 dine? Quod nī ita fuisset: alterum ille extitisset lumen ciuitatis. Ad  
 paternam enim magnitudinē animi doctrina uerior accesserat.  
 Quid mirū igitur in senib⁹ si infirmi sint aliqñ: cū idne adolefcē  
 tes qdē effugere possint? Resistēdū Leli & Scipio senectuti est: eiuſ  
 q; uitia diligentia cōpescēda sunt. pugnādū est tanq; cōtra morbū:  
 sic cōtra senectutē hēnda rō ualitudinis. Utēdū exercitatiōib⁹ mōi  
 cis. tm̄ cibi & potiōis adhibēdū: ut reficiātur uires: nō oppmātur.

bus dicebat a natura datam: cuius voluptatis auidē libidinīs teme-  
 re & effrenate ad potiundum incitarētur. Hic patrię proditiōes.  
 hinc rerum publicarum euerfiones. hinc cum hostibus clandesti-  
 na colloquia nasci. Nullum deniq; scelus: nullum magnum facin-  
 esse: ad quod suspiciēdum nō libido voluptatis impelleret. Stupra  
 vero & adulteria & omne tale flagitium nullis excitari aliis illece-  
 bris nisi voluptate. Cumq; homini siue natura siue quis deus ni-  
 hil mēte prestabilius dedisset: huic diuino muneri ac dono nihil tā  
 esse inimicum: quam voluptatē. nec enim libidine dominante tē-  
 perantię locum esse: neq; omnio in voluptatis regno virtutē pos-  
 se consistere. Quod quo magis intelligi posset: fingere aliquē ani-  
 mo iubebat tanta incitatum voluptate corporis: quanta percipi  
 posset maxima. nemini cēsebat fore dubium: quin tam diu dū ita  
 gauderet: nihil agitare mēte: nihil ratione: nihil cogitatione con-  
 sequi posset. Quo circa nihil esse tam detestabile tamq; pestiferus  
 quam voluptatē. Si quidē ea cum maior esset atq; longior: omne  
 animi lumē extingueret. Hęc cum. C. Pontio Samnite patre ei-  
 a quo in Caudino prælio Spur. Posthumus: & Titus Veturius  
 Consil. superati sunt: locutum Archiram Nearchus Tarentinus  
 hospes noster: qui in amicitia Populi Romani permanserat: se a  
 maiorib; natu accepisse dixerat: cum quidē ei sermoni inter fuisset  
 Plato Atheniēsis: quē Tarētum venisse. L. Aemylio & Appio  
 Claudio consulibus reperio. Quorsum hęc: vt intelligatis: si vo-  
 luptatē aspernari ratione & sapiētia non possumus: magnam ha-  
 bedam esse senectuti gratiam: quę efficeret vt id nō liberet: quod  
 non oporteret. impedit enī consilium voluptas rationi inimica:  
 ac mētis vt ita dicam prestringit oculos: nec habet vllum cum vir-  
 tute commercium. Inuētus quidē feci vt fortissimī viri. T. Flami-  
 nii fratē. C. Flaminium e senactu escicere. vii. annis postea quam cō-  
 sul fuisset: sed notandam nimiam putauit libidinē. Ille enim cum  
 esset Consul in Gallia exoratus in conuiuio a scorto suo est: vt se  
 curi ferret aliquē eorum qui in vinculis essent damnati rei capti-  
 talis. hic. T. fratre suo censore: qui proximus ante me fuerat: elap-  
 sus est. Mihi vero & Flaco ne utiquam probari potuit tam flagiti-  
 osa & tam perditā libido: quę cum probro priuati cōiungeret im-  
 persi dedecus. Sepe audiui a maioribus natu: qui se porro pueros  
 a senibus audisse dicebant: mirari solitum. G. Fabritium: qui cū

apud regem Pyrrhum legatus esset audiisset a Thessalo Cynea esse quendam Athenis qui se sapienter profiteretur: eumque dicere omnia que faceremus ad voluptatem esse referenda. Quod ex eo audientes. M. Curium & T. Coruncanium optare solitos: ut id Samnitibus ipsique Pyrrho persuaderetur: quo facilius vinci possent: cum voluptatibus se dedissent. Vixerat. M. Curius cum. P. Decio qui quicquid ante eum consulere: qui se pro republica quarto consulatu deuouerat. Norat eundem Fabricius. Norat Coruncanus: qui tum ex sua vita: tum eius que dico Decii facta iudicabat esse profecto aliquid a natura pulchrum atque decorum. quod sua sponte peteretur. quodque spreto & contempta voluptate optimus quisque sequeretur. Quorum igitur tam multa de voluptate? Quia non modo vituperatio nulla: sed etiam summa laus senectutis est: quod ea voluptates nullas magnopere desiderat. at caret epulis: extructisque mensis: & frequentibus poculis. Caret ergo vinolentia & cruditate & infoniis. Sed si aliquid dandum est voluptati: quonia eius blanditiis non facile obstitimus. Diuine enim Plato escam appellat malorum voluptatem: quod ea videlicet homines capiatur ut hamo pisces: quamquam moderatis epulis careat senectus: modicis tamen conuiujs delectari potest. C. Duellum. M. F. qui poenos classe prima deuicerat: redeuntem a cena senem sepe videbam puer. Delectabatur crebro & funali & tibicine: que sibi nullo priuatus exemplo sumpserat: tantum licentie dabat gloria. sed quid ego alios? ad me ipsum iam reuertar. Primum habui semper sodales. Sodalitates autem me questore constitute sunt sacris Idibus magnae matris acceptis. Epulabar igitur cum sodalibus omnino modice: sed erat tamen quidam feruor aetatis: qua progrediente omnia in dies fiunt mitiora. Neque enim ipsorum conuiuorum delectationem voluptatibus corporis magis quam coetu amicorum & sermonibus metiebar. Bene enim maiores nostri accubationem epularum: quod amicorum & vite coniunctionem habet: conuiuium nominauerunt: melius quam graeci: qui hoc idem tum computationem: tum concenationem vocant: ut quod in eo genere minimum est: id maxime probare videantur. Ego vero propter sermonis delectationem tepesiuus quoque conuiujs delector: nec cum aequalibus solum: qui pauci admodum restant: sed cum vestra etiam aetate atque vobiscum. Habeoque senectuti magnam gratiam: quae mihi sermonis audientiam auxit: potationis & cibi abstulit. Quod si

quæ etiam ista delectant: ne omnino bellum indixisse videar voluptati: cuius est fortasse quidam naturalis motus: nõ intelligo ne in istis quidẽ voluptatibus ipsam carere sensu senectutẽ. Me vero & magisteria delectant a maioribus instituta: & is sermo qui more maiorum a summo magistro adhibetur in poculo: & pocula sicut in symposio Xenophontis: minuta atq; rorantia: & refrigeratio in estate: & vicissim in hyeme aut sol aut ignis hibernus. Quæ quidẽ in Sabinis persequi soleo: conuiuiumq; vicinorũ cotidie cõpleo: quod ad multam noctẽ quam maxime possumus: vario sermone producimus. At non est voluptatũ tanta quasi titillatio in senibus. Credo: sed nec desideratio quidẽ. Nihil autẽ est molestũ: quod non desideres. Bñ Sophocles respondit: cũ ex eo quidã iam effreto ætate quereretur: vteretur ne rebus venereis: dicit inquit meliora. Libẽter vero istinc sicut a domino agresti ac furioso profugi. cupidis enĩ rerum taliũ odiosum fortasse & molestum est carere: satiatis vero & expletis iucundius est carere quã frui. quamq; non caret: is qui non desiderat. Ergo nõ desiderare dico esse iucundius. Quod si istis voluptatibus bona ætas fruitur: libetius primũ paruulis fruntur rebus: vt diximus. deinde iis quib; senectus etiam nõ abunde potitur nõ omnino caret. vt Turpiõne Ambiuio magis delectatur: qui in prima cauea spectat: delectatur tamẽ etiã qui in vltima. Sic adolescẽtia voluptatem prope intues magis fortasse lætatur. Sed delectatur etiã senectus procul eã spectans tantũ: quantũ sat est. At illa quanti sunt: animũ tanq; emeritis stipẽdis libidinis. ambitionis. contẽtionũ. inimiciclarũ. cupidatum etiam omnium securũ esse. secumq; vt dicitur viuere. Si vero habet senectus aliquid tanq; pabulum studii & doctrine: nihil est ociosa senectute iucundius. Videbamus in studio dimeticidicell atq; terre mori pene. C. Gallum familiarẽ patris tui Scipio. Quoties illũ lux noctu aliquid describere ingressum: quoties nox oppressit: cum mane coepisset: quã delectabat eũ solis & lune multo aute nobis defectiones predicere: quid in leuioribus studiis sed tamẽ acutis. Quã gaudebat bello suo punico Neuius: quã Truculento Plautus: q; Pseudolo: vidi etiã senẽ Liuũ: qui cũ septẽ annis ante quam natus sum fabulam docuisset Cethego & Tudiatano consulisbus vsq; adolescẽtiam meam processit ætate. Quid de P. Crassi & Pontificii & ciuilibus iuris studio loquar: aut de huius Scilicet

pionis: qui his paucis diebus Pontifex maximus factus est: atq;  
 eos omnes quos commemoravi: his studiis flagrantes senes vidi  
 mus. M. vero Cethegum quē recte Suada medullam dixit Enni-  
 us: quanto studio exerceri in dicēdo videbamus etiam senē? Quę  
 sunt igitur epularum aut ludorum aut scōrtorum voluptates cū  
 his voluptatibus comparandę? Atq; hęc quidē studia doctrine:  
 quę quidē prudentibus & bene institutis pariter cum ætate cre-  
 scunt: vt honestum illud Solonis sit: quod ait versiculo quodam  
 vt ante dixi: senescere se multa in dies addiscentē: qua voluptate  
 animi nulla certe potest esse maior.

**T**enio nunc ad voluptates agricolarum: quibus ego incredibi-  
 liter delector: quę nec impediuntur senectute: & mihi ad sa-  
 piētis vitam proxime vidētur accedere. Habēt enim rationē cum  
 terra: quę nunquam recusat imperium: nec vnquā sine vsura red-  
 dit quod accepit: sed alias minore: plerūq; maiore cū scōnore. Quā  
 quam non me quidē fructus modo: sed etiam ipsius terre vis atq;  
 natura delectat. Quę cum gremio mollito ac subactō sparsum se-  
 mē accepit: primum id occatuz cohibet: ex quo occatio quę hoc  
 efficit nomiata est. Deinde tepesactum vapore & compressu suo  
 diffundit: & elicit herbescētē ex eo viriditate: quę nixa fibris stir-  
 pium sensim adolescit: culmoq; erecta geniculato vaginis iā qua-  
 si pubescēs includitur: equibus cum emerferit fundit frugē spice  
 ordine structam: & contra auium minorum morsus munitur val-  
 lo aristarum. Quid ego vitium ortus. satus. incremēta commē-  
 more? Satiari delectatione non possum: vt meę senectutis requi-  
 em oblectamētumq; noscatis. Omitto enim vim ipsam omniuz  
 quę generantur terra: quę fici ex tantillo grano aut ex acino vi-  
 nacco: aut ex cæterarū frugum aut stirpium minutissimis semini-  
 bus tantos truncos ramosq; procreat. Malleoli. plantę. sarmē-  
 ta. vites. traduces. propagines nonne ita afficiunt: vt quemuis cū  
 admiratione delectēt: vitis quidem: quę natura caduca est: & nisi  
 sulca sit: fertur ad terram: eadem vt se erigat clauiculis suis qua-  
 si manibus quidquid est nastæ complectitur: quam multiplici ser-  
 pentem lapsu & erratico ferro amputans coeret ars agricola-  
 rum: ne siluescat sarmētis: & in omnes partes nimia fundatur. Ita  
 q; inuente vere in iis quę relicta sunt: existit tanquam in articulis  
 sarmētorū ea quę gemma dicitur: a qua oriens vna sese ostēdit:



que & succo terre & calore solis augetur primo est pacerba gustatur: deinde maturata dulcescit: vestitaque pampinis nec modico tempore calet: & nimios solis defendit ardores: qua quid potest esse tum fructu letius: tum aspectu pulchrius: cuius quidem utilitas non me solum: ut ante dixi: sed etiam cultura & natura ipsa delectat. ad minuculorum ordines. capitum coniunctio & religatio & propagatio vitium sarnentorumque ea: quam dixi aliorum amputatio: & aliorum inmissio. Quid ergo irrigationes. quid fossiones agrorum. repastinationesque proferam: quibus fit terra multo fecundior? Quid de utilitate loquar stercoreandi? dixi in eo libro: quem de rebus rusticis scripsi. de qua doctus Heliodorus ne verbum quidem fecit: cum de cultura agrorum scriberet. At homerus qui multis ut mihi videtur ante seculis fuit. Laertem lenientem desiderium: quod capiebat e filio: colentem agrum & eum stercoreantem facit. Nec vero segetibus solum & pratis & vineis & arbutis res rustice letę sunt: sed hortis etiam & pomariis: tum pecudum pastu & apum examinibus & florum omnium varietate. nec solum consuetudines delectant: sed etiam insuetudines: quibus nihil inuenit agricultura solertius. Possum persequi multa delectamenta rerum rusticarum: sed ea ipsa que dixi: sentio esse longiora. Ignoscetis autem Leli & Scipio: Nam studio rusticarum rerum prouectus sum: & senectus est loquacior natura: ne ab omnibus eam vitis videar vindicare. Ergo in hac vita. M. Curius cum de samnitibus. de Sabinis. de Pyrrho triumphasset: consumpsit extremum tempus ætatis. Cuius quidem ego vitam contemplan abest enim non longe a me: admirari satis non possum vel hominis continentiam vel temporum disciplinam. Curio enim ad focum sedenti magnum auri pondus cum attulissent Sannites: repudiati sunt. Non enim aurum habere preclarum sibi videri dixit: sed is qui haberet aurum: imperare. Poterat ne tantus animus non efficere iucundam senectutem? Sed venio ad agricolas: ne a me ipso recedam. In agris erant tunc senatores: id est senes. Si quidem arant. L. Quintio Cincinnato nunciatum est cum dictator esse factum: cuius dictatoris iussu magister equitum. C. Seruilius Hala Sp. Melium regni appetentem & occupantem interemit. A villa in senatum accersebantur Curius & ceteri senes: ex quo qui eos accersebant: viatores nominati sunt. Num igitur horum senectus miserabilis fuit: qui se agricolatione oblectabant?

Mea quidem sententia haud scio: an hac vlla beator esse possit: neq; solum officio: quod hominū generi vniuerso cultura agrorum est salutaris: sed & delectatione quā dixi: & saturitate copiaq; rerum omnium: que ad victum hominū: ad cultum etiam deorū pertinent. Et quoniam hęc quidem desiderant: in gratiam iam cum voluptate redeamus. Semper enim boni assiduiq; domini referta cella vinaria. olearia. mellaria. & penaria. villaq; tota locus ples est. Abundat porco. agno. hēdo. lacte. caseo. melle. Iam hortum ipsi agricolę alterā succidiam appellant. conditiora facit hęc superuacanei etiam operis aucupium atq; venatio. Quid de pratorum viriditate: aut arborū ordinibus: aut oliuetorū: vinetorūq; ve specie dicam: breui præcidam. Agro bene culto nihil potest esse nec vsu vberius: nec specie ornatius: ad quē fruendum non modo non retardat: verum etiam inuitat atq; allecat senectus. Vbi em̄ potest illa ætas eq̄ calefcere: aut apricatōe melius vel igni. aut vicissim vmbri aquisq; refrigerari salubribus: Sibi igitur habeāt alii arma: sibi equos: sibi hastas: sibi clauā & pilum: sibi natationes atq; cursus: Nobis senibus ex lusionibus multis talos relinquunt atq; tessaras. Id ipsum vtrū libebit: qm̄ sine his beata esse senectus potest. Multas ad res perutiles Xenophontis libri refertū sunt: quos legite queso studiose: vt facitis. Quā copiose ab eo agricultura laudatur in eo libro qui est de tuenda re familiari: qui œconomicus inscribitur: Atq; vt intelligatis nihil ei tam regale videri: q̄ studium agri colendi: Socrates in eo libro loquitur cum Critobulo Cyrū minorem Persarum regem præstantem ingenio atq; imperii gloria: cum Lysander Lacedæmonius vir summæ virtutis venisset ad eum Sardis: eiq; dona a sociis attulisset: & cæteris in rebus comē erga Lysandrū atq; humanum fuisse: & ei quēdam conseptum agrum ac diligenter consitum ostendisse. Cum autē miraretur Lysander & proceritates arborum: & directos in quincuncem ordines: & humū subactam atq; purā: & suauitatem odorū qui efflarentur e floribus: tum eum dixisse mirari se nō modo diligentiam: sed etiam solertiam eius: a quo essent illa dimensa atq; descripta: & ei Cyrū respondisse. Atqui ego sum ista omnia dimensus. mei sunt ordines. mea descriptio. multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Tum lysandrū intuentem purpuram eius & nitorem ornatūq; persicum multis gemis multoq; auro

dixisse: Recte vero te Cyre beatū ferunt: quoniam virtuti tue for-  
 tuna coniuncta est. Hac igitur frui licet senibus: nec etas impedit  
 quo minus & cæterarū rerū & in primis agricolendi studia tenea-  
 mus vsq; ad vltimū tempus senectutis. M. Valeriū Coruīnum ac-  
 cepimus ad centesimū annū vitam produxisse: cum esset iam  
 ætate in agris: eosq; coleret: cuius inter primū & sextum consula-  
 tū sex & quadraginta anni interfuerāt. Itaq; quantū spatium æta-  
 tis maiores nostri ad senectutis initium esse voluerunt: illi tantus  
 cursus honorū fuit. atq; huius extrema etas hoc beatior q̄ me-  
 dia: q̄ auctoritatis habebat plus laboris minus. Apex est autem  
 senectutis auctoritas: q̄ta fuit in. M. Cæcilio Metello: quanta in  
 Attilio Calatino: in quem illud elogium vnicū plurimæ con-  
 sentiunt gentes: populi primarium fuisse virum. Notum est to-  
 tum eius carnē incisum in sepulchro. Iure igitur grauis: cuius de  
 laudibus omnium esset fama consenties. Quem virum nuper. P.  
 Crassum pontificē maximū: quem postea. M. Lepidū eodem sa-  
 cerdotio præditum vidim⁹? Quid de Paulo loquar: aut Africa-  
 no: aut vt iam antedixi de Maximo: quorum non in sententia so-  
 lum sed in nutu residebat auctoritas: Habet senectus honorata præ-  
 fertim tantam auctoritatem: vt eā pluris sit q̄ omnes adolescentiæ  
 voluptates. sed in omni oratione mementote eā me senectutē lau-  
 dare: quæ fundamentis adolescentiæ constituta sit. Ex quo efficitur  
 illud: quod ego magno quodam cum assensu omnium dixi mi-  
 seram esse senectutē: quæ se oratione defenderet. non cani. nō ruge-  
 re repente auctoritatem asserre possunt: sed honeste acta superio-  
 ris ætas fructus præbet auctoritatis extremos. hæc enim ipsa sunt  
 honorabilia: quæ videntur leuia atq; cōmunia. salutaria. appeti. de-  
 cedi. assurgī. deduci. reduci. consuli. quæ etiam apud nos & in ciui-  
 tatibus aliis: vt quæq; optimæ moratæ sunt: ita diligentissime ob-  
 seruantur. Lysandri Lacedæmonium cuius modo mentionē feci  
 dicere aiunt solitū: Lacedæmone esse honestissimū domicilium  
 senectutis. Nusq; enim tantū tribuitur etati. Nusq; est senectus ho-  
 noratior. Quin etiam memoriæ proditū est: cum Athenis ludis  
 quidā in theatrum gradis natu venisset: magno in cōfessu nusq;  
 ei locū datum a suis ciuibus. Cū autem ad Lacedæmonios acces-  
 sisset: qui legati cum essent certo in loco confederant: cōsurrexif-  
 se illi omnes dicuntur: & senem illum sessum recepisse: quibus cum

a cuncto cōfessu plausus esset multiplex dat<sup>9</sup> : dixisse ex eis quēdā Athenienses scire quę faciēda eēt : sed facere nolle. Multa in nō collegio preclara sunt : sed hoc de quo agim<sup>9</sup> in primis : q<sup>o</sup> vt quis q<sup>3</sup> etate antecedit : ita sententię principatū tenet. Neq<sup>3</sup> solum honore anteceditibus : sed us etiam qui cum imperio sunt maiores natu augures anteponuntur. Quę sunt igitur voluptates corporis cum auctoritatis premissis comparandę : quibus qui splendidi vti sunt : ii mihi videntur fabulam etatis peregisse : nec tanq<sup>3</sup> in exercitati histriones in extremo actu corruisse. At sunt morosi & anxii & iracundi & difficiles senes si querim<sup>9</sup> & avari. Sed hec morum vitia sunt : non senectutis. At morositas tamē & ea quę dixi vitia habent aliquid excusationis : nō illius quidem iuste : sed quę probari posse videatur. Contēni se putant. despici. illud. preter ea in fragili corpore odiosa omnis offēnsio est : quę tamē omnia dulciora fiunt & moribus bonis & artibus. Idq<sup>3</sup> tum in vita : tum in scēna intelligi potest ex illis fratribus qui in Adelpis sunt quanta in altero duritas : quāta in altero comitas. Sic se res habent : vt em̄ non omne vinum : sic nec omnis etas vetustate coacescit. Seueritatem in senectute probo : sed eam sicut alia modicam : acerbitatē nullo modo. Auaritia vero senilis quid sibi velit non intelligo. Potest enim quicq<sup>3</sup> esse absurdus : q<sup>3</sup> quo vię restat minus : eo plus viatici querere.

**Q**uarta restat ea causa quę maxime angere atq<sup>3</sup> sollicitam habere nostram etatem videtur appropinquatio mortis : quę certe a senectute nō potest longe abesse. O miserum senem qui mortem contēendam esse in tam lōga etate nō viderit : quę aut plane negligēda est : si omnino extinguit animum : aut etiam optāda : si aliquo eum abducit vbi futurus sit eternus. At qui tertium nihil inueniri potest. Quid igitur timeā : si aut nō miser post mortē : aut etiam beatus futurus sum ? Quāq<sup>3</sup> quis est tam stultus q<sup>3</sup>uis sit adolescēs : cui sit exploratū se ad vesperū esse victurum ? Qui etiā etas illa multo plures casus mortis q<sup>3</sup> nostra habet. Facili<sup>9</sup> in morbos incidūt adolescētes. grauius egrotant. tristius curātur. Itaq<sup>3</sup> pauci veniūt ad senectutem. Quod nisi ita accideret : melius & prouidentius viueretur. Mens enim & ratio & cōsiliū in senibus est : qui si nulli fuissent : nulle omnino ciuitates fuissent. Sed redeo ad mortem impendētem. Quod est illud crimē senectutis : quod videtis

tum adolescentia esse commune: Senti ego tum in optimo filio:  
 tum in expectatis ad amplissimam dignitatem fratribus tuis Sci  
 pio mortem omni ætati esse communem. At sperat adolescens  
 diu se victurum: quod sperare senex non potest. Insipienter spe  
 rat. Quid enim stultius quàm incerta pro certis habere: & falsa pro  
 veris? At senex ne quid speret quidem habet. At est meliore con  
 ditione quàm adolescens: cum id quod ille sperat: hic affecutus est. Ille  
 vult diu viuere. iste diu vixit. quàm quàm diu boni quid est in hominis vi  
 ta diu? Da enim supremum tempus ætatis. Expectemus Tartessi  
 orum regis ætatem. Fuit enim vt scriptum est de eo Arganthoni  
 us quidam Gaditanus: qui octoginta regnauerat annos: centum  
 & viginti vixerat. Sed mihi ne diuturnus quidem quicquid videtur:  
 in quo est aliquid extremum. Cum enim id aduenit: tum illud quod  
 præterit effluxit. Tantus enim remanet: quod virtute & recte fa  
 ctis consecutus sis. Horæ quidem cedunt & dies & menses & anni:  
 nec præteritum tempus vnquam reuertitur: nec quid sequatur: scribi pos  
 test. quod cuius tempus ad viuendum datur: eo debet esse contentus.  
 Neque enim histrioni vt placeat peragenda est fabula in fine modo:  
 in quocumque actu fuerit probetur is: nec sapienti vsque ad plaudite  
 viuendum. Breue enim tempus satis est longum ad bene honesteque  
 videndum. Sin processeris longius: non magis dolendum est: quàm  
 agricolæ dolent præterita verni temporis suauitate ætatem autu  
 numque venisse. Ver enim tanquam adolescentiam significat ostenditque  
 fructus futuros: reliqua autem tempora demetendis frugibus & per  
 cipiendis accommodata sunt. fructus autem senectutis est vt sæpe  
 iam dixi antepartorum bonorum memoria & copia. Omnia au  
 tem quæ secundum naturam fiunt: sunt habenda in bonis. Quid  
 est autem tam secundum naturam quàm senibus emori? Quod idem contingit  
 adolescentibus aduersante & repugnante natura. Itaque adolesce  
 res sic mori videntur: vt cuius aquæ multitudinem flammæ vis opprimi  
 tur. Senex autem sicut sua sponte nulla adhibita vi consumptus ignis  
 extinguitur: & quasi poma ex arboribus si cruda sunt: vi euellun  
 tur si matura & cocta: decidunt: sic vitam adolescentibus vis auferat:  
 senibus maturitas. quæ mihi quidem tam iucunda est: vt quo propius ad  
 mortem accedam: quasi terram tenere videar. aliquandoque in por  
 tum ex longa navigatione esse venturus. Senectutis autem nullus est  
 certus terminus: recteque in ea viuatur quo ad munus officii exequ

& tueri possis: & tamen mortem cōtemnere. ex quo fit vt animo  
 fior etiam senectus sit & fortior q̄ adolescētia. Hoc illud est: quod  
 Pisistrato Tyranno a Solone responsum est: cum illi quērētī qua  
 spe tandē fretus sibi tam audaciter resisteret: respondit senectute.  
 Sed viuendi est finis optimus: cum integra mente ceterisq; sensi  
 bus opus ipsa suum eadem que coagmentauit: natura dissoluit.  
 vt nauem: vt edificium idem destruit facillime qui construxit: sic  
 hominē eadem optime que conglutinauit natura dissoluit. Nam  
 omnis conglutinatio recens egre: inueterata facillime diuellitur.  
 Ita sit vt id illud breue vitæ reliquum nec auide appetendum seni  
 bus: nec sine causa sit deserendum. Vetat Pythagoras sine iussu  
 Imperatoris id est dei de præsidio & statione vitæ discedere. Solo  
 nis quidem sapientis elogium est: quo se negat velle suam mor  
 tem dolore amicorū & lamentis vacare. vult credo se charum esse  
 suis: sed haud scio an melius Ennius. Nemo me lachrymis deco  
 ret neq; funera fletu Faxit: cur: volito viuus per ora virum. Non  
 censet lugendam mortem: quam immortalitas cōsequitur. Iam  
 sensus moriēdi si aliquis esse potest: is ad exiguum tempus durat:  
 præsertim seni. post mortem quidem sensus aut optādus aut nul  
 lus est. Sed hoc meditatū ab adolescentia debet esse: mortem vt  
 negligamus: sine qua meditatione animo tranquillo esse nemo  
 potest. Moriendum enim certe est: & incertum an eo ipso die mo  
 riatur. Mortem igitur horis omnibus impendentē timens quis  
 tranquillo poterit animo consistere: De qua non longa disputa  
 tione opus esse videtur: cum recorder non. L. Brutum qui in libe  
 randa patria interfectus est: non duos Decios qui ad voluntariā  
 mortem cursum equorum incitauerunt: non. M. Attilium Regu  
 lum: qui ad supplicium est profectus vt fidem hosti datam cōser  
 uaret: non duos Scipiones: qui iter poenīs vel corporibus suis  
 obstruere voluerunt: nō. L. Paulū auum tuum qui morte sua luit  
 collegē in Cānensi ignominia temeritatem: non. M. Marcellum:  
 cuius interitum nec crudelissim⁹ quidem hostis honore sepulture  
 carere passus est. Sed legiones quas scripsi in originibus in eū lo  
 cum esse profectas a lacri animo & erecto: vnde se redituras nūq̄  
 arbitrarentur. Quod igitur adolescentes & hī quidem nō solum  
 indocti sed etiam rustici contemnunt: id docti senes extimescent.  
 Omnino vt mihi quidem videtur: rerum omnium satietas vitæ

facit fatietatem. Sunt puericie certa studia. nun igitur ea desiderat  
 adolescentes? Sunt etiam ineuntis adolescentie. nun ea constans  
 iam requirit etas que media dicitur? Sunt etiam huius etatis: nun  
 ea quidem queruntur in senectute? Sunt extrema quedam studia  
 senectutis. Ergo vt superioru etatu studia occidunt: sic etiam occi-  
 dunt senectutis. quod cum euenit: fatietas vite tempus maturu  
 mortis affert. Equide non video: cur quid ipse de morte sentiam  
 non audeam vobis dicere: quod eo cernere mihi melius videor:  
 quo Propius adsum. Ego vestros patres. P. Scipio tuq. C. Læli  
 viros claros mihiq. amicissimos viuere arbitror: & eam quidem  
 vitâque est sola vita nominada. Nam dum sumus inclusi in his cõ-  
 pagibus corporis: munere quoda necessitatis & graui opere per-  
 sumgimur. Est enim celestis animus ex altissimo domicilio depref-  
 sus & quasi demersus in terrâ: locum diuine nature æternitatisq.  
 contrarium. Sed credo deos imortales sparsisse animos in corpo-  
 ra humana: vt essent qui terras tuerentur: quiq. celestiu ordinẽ  
 contemplantes imitarentur eum vite modo atq. cõstantia. Nec  
 me solum ratio ac disputatio impulit: vt ita crederem: sed nobilitas  
 etiam philosophoru summoru & auctoritas. Audiebã Pythæ-  
 goram Pythagoreosq. incolas pene nostros qui essent italici phi-  
 losophi quouda nominati: nunq. dubitasse: quin ex vniuersa me-  
 te diuina delibatos animos haberemus. Demonstrabantur mihi  
 præterea que Socrates supremo vite die de imortalitate animoru  
 differuisset is: qui esset omnium sapientissimus oraculo Apollinis  
 iudicatus. Quid multa: sic mihi persuasi: sic sentio: cum tanta  
 celeritas animoru sit: tanta memoria præteritorum futurorumq.  
 prudentia: tot artes: tot scientie. tot inuenta: non posse eam natu-  
 ram que res eas contineat: esse mortalem. Cunque semper animus  
 agitur: nec principiu motus habeat: quia ipse se moueat: nec fi-  
 nem quidem habituru esse motus: quia nunq. se ipse sit relicturus.  
 & cõ simplex animi natura esset: neq. haberet quicq. in se admix-  
 tu sui disparatq. dissimile: non posse eũ diuidi: q. si nõ possit non  
 posse interire: magnosq. esse argumento hoies scire pleraq. ante  
 q. nati sunt: Quod iam pueri cum artes difficiles discant: ita cele-  
 riter innumerabiles arripiat: vt eas nõ tum primum accipere vis-  
 deantur: sed reminisci & recordari. hæc Platonis fere sunt. Apud  
 Xenophontem autẽ moriens Cyrus maior hæc dicit. Nolite arbi-

trario mei filii carissimi: me cum a vobis discessero: nusquam aut nullum fore. Nec enim cum eram vobiscum: animum nostrum videbatis: sed eum esse in hoc corpore ex iis rebus quas gerebam intelligebatis. Eundem igitur esse creditore: etiam si nullum videbitis. Nec vero clarorum virorum post mortem honores permanerent: si nihil eorum ipsorum animi efficerent: quo diutius memoriam sui retineremus. Mihi quidem nunc persuaderi potuit: animos dum in corporibus essent mortalibus viuere: cum exirent emori. Nec vero tum animum esse insipientem: cum ex insipienti corpore euasisset: sed cum omni admixtione corporis liberatus purus & integer esse cepisset: tum esse sapientem. Atque etiam cum hominis natura morte dissoluitur: ceterarum rerum natura perspicuum est: quo queque discedant. Abeunt enim illuc: unde orta sunt. Animus autem solus nec cum adest: nec cum discessit apparet. Iam vero videtis nihil esse tam morti simile quam somnum. At qui dormientium animi maxime declarant diuinitatem suam. Multa enim cum remissi & liberi sunt futura prospiciunt. ex quo intelligitur quales futuri sint: cum se plane corporis vinculis relaxauerint. Quare si hec ita sunt: sic me colite inquit ut deum. Sin vna est interiturus animus cum corpore: vos tamen deos verentes qui hanc omnem pulchritudinem tuentur & regunt: memoriam nostri pie inuolateque serua bitis. Cyrus quidem hec moriens inquit. nos si placet nostra videamus. Nemo unquam mihi Scipio persuadebit patrem tuum Paulum. aut duos auos Pauli & Africani aut Africani patrem aut patruum aut multos prestantes viros quos enumerare non est necesse: tanta esse conatos: que ad posteritatis memoriam pertinerent: nisi animo cernerent posteritatem ad se pertinere. An censes ut de me ipso aliquid more senum glorier: me tantos labores diurnos. nocturnosque domi militieque suscepturum fuisse: si iisdem finibus gloriam meam: quibus vitam essem terminaturus? Nonne melius multo fuisset ociosam etatem & quietam sine vlllo labore aut contentione traducere: sed nescio quomodo animus erigens se ad posteritatem ita semper prospiciebat: quasi cum excessisset e vitam: tum denique victurus esset. Quod quidem nisi ita se haberet: ut animi immortales essent: haud optimi cuiusque animus maxime ad immortalem gloriam niteretur. Quid quod sapientissimus quisque aequissimo moritur: stultissimus iniquissimo? Nonne vobis videtur is animus qui plus cernat & longius: videat



ire se ad meliora proficisci: Ille autem cuius obtusior sit acies: non videre: Equidem effector studio patres vestros: quos colui & dilexi: videndi. Neque enim eos solum convenire habeo quos ipse cognovi: sed etiam illos: de quibus audiui & legi & ipse scripsi. quo quidem me proficiscentem haud sane facile quis retraxerit: neque tanquam periculum iam retorserit. Quod si quis mihi deus largiatur: ut ex hac etate respuerescam: & in cunis vagiam: valde recusem: nec vero velim quasi decurso spacio ad carceres a calce reuocari. Quid enim habet haec vita commodi: quid non potius laboris? Sed habeat sane: habet certe aut satietatem aut modum. Non enim mihi libet deplorare vitam: quod multi & si docti sepe fecerunt: neque me vixisse poenitet: quoniam ita vixi ut non frustra me natum existimem: & ex vita ita discedo: tanquam ex hospitio non tanquam ex domo. Commorandi enim natura diversorium nobis non habendi locum dedit. O preclarum diem cum ad illud divinum animorum conciliium ceterumque proficiscar: cumque ex hac turba & colluvione discedam. Proficiscar enim non solum ad eos viros de quibus antedixi: verum etiam ad Catonem meum: quo vir melior nemo natus est: nemo pietate prestantior: cuius a me corpus crematum est: quod contra decuit ab illo meum. Animus vero eius non me deserens sed respectans in ea profecto loca discessit: quo mihi ipse cernebat esse veniendum. Quem ego meum casum fortiter ferre visus sum: non quod equo animo ferrem: sed me ipse consolabar existimans non longum inter nos digressum & discessum fore. His mihi rebus Scipio idem tecum Lelio admirari solere dixisti: levis est senectus: nec solum non molesta: sed etiam iucunda. Quod si in hoc erro: quod animos hominum esse immortales credam: libenter nec mihi nunc errorem quo delector: dum vivo: extorqueri volo. Sin mortuus ut quidam minuti philosophi censent: nihil sentiam: non vereor: ne hunc errorem meum mortui philosophi irrideant. Quod si non sumus immortales futuri: tamen extinguere hominem suo tempore oportabile est. Nam habet natura: ut aliarum omnium rerum sic vivendi modum. Senectus autem etatis est peractio tanquam fabule: cuius defatigationem fugere pebemus: presertim adiuncta satietate. Haec habui de senectute quae dicerem: ad quam utinam perveniat: ut ea quae ex me audistis: re experti probare possitis.


Explicit de senectute liber.

M. T. C. DE AMICITIA LIBER  
IN SCRIPTVS LAELIYS.

Virtus Mutius Augur Scœuola multa narrare de C. Lelio socero suo memoriter & iucunde solebat: Nec dubitare illum in omni sermone appellare sapientem. Ego aut̃ a patre ita eram deductus ad scœuolam sum̃pta virili toga: vt quo ad possem & liceret: a senis late re nunq̃ discederem. Itaq̃ multa prudẽter ab eo disputata: & bre- ter & cõmode dicta memoriẽ mandabam: fieriq̃ studebam eiꝝ prudentia doctior. Quo mortuo me ad Pontificem Scœuolam contuli: quem vnum nostrẽ civitatis & ingenio & industria prestantissimũ audeo dicere. sed de hoc alias. Nunc redeo adaugurẽ. Cum sepe multa narraret: tum memini domi in hemicyclo sedẽtem vt solebat: cum & ego essem vna & pauci admodum familia res: in eum sermonem illum incidere: qui tum fere omnibus erat in ore. Meministi enim Attice: & eo magis q̃. P. Sulpitio vt ebare multum: cum is Tribunus Ple. capitali odio a. Q. Pompeio qui tum erat consul disideret: qui cum coniunctissime & amatissime vixerat: quanta esset hominũ vel admiratio vel querela. Itaq̃ tũ Scœuola cum in eam ipsam mẽtionem incidisset: exposuit nobis sermonem Lelii de amicitia habitum ab illo secum & cum altero genero. C. Fannio. M. Filio paucis diebus post mortem Aphricani. Eius disputationis sententias memoriẽ mandavi: quas in hoc libro exposui arbitrato meo. Quasi enim ipsos introduxi loquentes: ne inquam & inquit sepius interponeretur. Atq̃ ideo feci: vt tanquam a presenti coram haberi sermo videretur. Cum enim sepe mecum ageres: de amicitia vt scriberẽ aliquid: digna mihi quidẽ res cum omnium cognitioni tum nostra familiaritate visa ẽ. Itaq̃ feci non inuitus: vt prodessem multis rogatu tuo. sed vt in Catone maiore feci: qui est ad te scriptus de senectute: Catonẽ in- trodixi senẽ disputantẽ: quia in nulla videbatur aptior psona: quã de illa ætate loq̃retur: quam eius qui & diutissime senex fuisset: & in ipsa senectute pre ceteris floruisse: sic cum acceperimus a patribus maxime memorabile. C. Lelii & P. Scipionis familiaritãtẽ fuisse: idonea mihi Lelii psona visa est: quẽ de amicitia ea ipsa differet: quẽ disputata ab eo meminisset Scœuola. Genus aut̃ hoc

sermonum positum in hominum veterum auctoritate & eorum illustrium plus nescio quo pacto videtur habere grauitatis. Itaque ipse mea legens sic afficior interdum: vt Catonem non me loqui existimem. Sed vt tum ad senem senex de senectute: sic in hoc libro ad amicum amicissimus scripsi de amicitia. Tum etiam Cato locutus: quo nemo erat fere temporibus illis senior: nemo prudentior: nunc Lælius & sapiens sic enim est habitus: & amicitiae gloria excellens de amicitia loquitur. Tu attice velim animum a me parumper auertas: Lælium ipsum loqui putes. C. Fannius & Q. Mutius Scaeuola ad focerum veniunt post mortem Africani. Ab iis sermo oritur. Respondet Lælius: cuius tota disputatio est de amicitia: quam legens tu ipse cognosces.

C. Fannius.

 Vnt ista vera vt dicis Læli. Neque enim vir melior fuit Africano quisquam: nec clarior. Sed existimare debes omnium oculos in te esse coniectos. Vnum te sapientem & appellant & existimant. Tribuebatur hoc modo. M. Catoni. scimus. L. Acilium apud patres nostros appellatum esse sapientem: sed vterque alio quodam modo. Acilius quia prudens esse in iure ciuili putabatur. Cato quia multarum rerum vsum habebat. Multa eius & in senatu & in foro vel promissa prudenter: vel acta constanter: vel responsa acute ferebantur. Propterea cognomen iam habebat sapientis. Te autem alio quodam modo non solum natura & moribus: sed etiam studio & doctrina esse sapientem. Nec sicut vulgus: sed vt eruditi solent appellare sapientem: qualem neminem in tota graecia inueni. Nam qui septem appellantur: eos qui ista subtilius quaerunt: in numero sapientum non habent. Athenis vnum accepimus: & eum quidem etiam Apollinis oraculo sapientissimum iudicatum. Hanc esse in te sapientiam existimant: vt omnia tua in te posita esse ducas: humanosque casus virtute inferiores putes. Itaque ex me quaerunt: credo ex hoc ite Scaeuola: quonam pacto mortem Africani feras. Eoque magis quam proximis nonis cum in hortos. D. Bruti auguris commentandi causa vt assolet: venissemus: tum non affuisi: qui diligentissime semper illum diem illudque munus solitus es obire. SCAEVOLA. Querunt quidem. C. Lælii multi: vt est a Fannio dictum: sed ego id respondeo: quod antea

maduertſi te dolorem quem acceperis cum ſummi viri tum ami-  
 ciſſimi morte ferre moderate: nec potuiſſe non commoueri: nec  
 fuiſſe id humanitatis tuæ. Quod autem his nonis in collegio no-  
 ſtro non aſſuiſſes: yalitudinem reſpondeo cauſam non inceſſi-  
 tiam fuiſſe. LAE. Recte tu quidem Scæuola & vere. Neq; enim  
 ab iſto officio quod ſemper vſurpau: cum valerē: abduci incom-  
 do meo debui. Nec vſlo caſu arbitror hoc conſtanti homini poſ-  
 ſe contingere: vt intermiſſio fiat officii. Tu autem Fanni qui mi-  
 hi tantum tribui dicis: quantum ego nec agnoſco nec poſtulo: fa-  
 cis amice. Sed vt mihi videris: non recte iudicas de Catone. Aut  
 enim nemo quod magis credo: aut ſi quiſquam: ille ſapiens fue-  
 rit. Quomodo vt alia omittam: mortem filii tulit? Memineram  
 Paulum: videram Caium. Sed ſi nec comparantur Catoni anteponas ne iſtū  
 mo & ſpectato viro. Quamobrē caue Catoni anteponas ne iſtū  
 quidem ipſum: quem Apollo vt ais: ſapientiffimum iudicauit. Hu-  
 ius enim facta: illius dicta laudantur. De me autē vt iam cum vtro  
 q; loquar: ſic habetote. Ego ſi Scipionis deſiderio me moueri ne-  
 gem: quam recte id faciam: viderint ſapientes: ſed certe mentiar.  
 Moueor enim tali amico orbatus: qualis vt arbitror nemo vn-  
 quam erit: & vt confirmare poſſum: nemo vnquam fuit: ſed nō  
 egeō medicina. Me ipſum conſolor: & maxime illo ſolatio: q̄ es  
 go eo errore careo: quo amicorum diſceſſu pleriq; angī ſolent.  
 Nihil enim mali accidiffe Scipioni puto. Mihi accidit ſiquid ac-  
 cidit. Suis autem incommodis grauiter angī: non amicum ſed  
 ſe ipſum amantiſ est. Cum illo vero quis in eget actum eſſe præcla-  
 re? Niſi enim quod ille minime putabat: immortalitatem opta-  
 re vellet. quid nō adeptus eſt quod homini faſ eſſet optare? Qui  
 ſummam ſpem ciuim: quam de eo iam puero habuerant: con-  
 ſtinuo adoleſcens incredibili virtute ſuperauit. Qui conſulatum  
 petiit nunquam: factus eſt conſul bis. Primum ante tempus. ite-  
 rum ſibi ſuo tēpore: rei publicę pene ſero. Qui duabus urbibus  
 euerſis inimiciſſimis huic imperio nō modo præſentia verum eti-  
 am futura bella deleuit. Quid dicam de moribus faciliſſimis: de pi-  
 tate in matrē: liberalitate in ſorores: bonitate in ſuos: iuſtitia in  
 oēs: Nota ſunt vobis. Quā autē ciuitati charus fuerit: mœrore fu-  
 neris indicatū eſt. Quid igitur paucorū annorū acceſſio hūc inua-  
 re potuiſſet? Senectus em̄ quāuis nō ſit grauis vt memini Catonē

anno anteq̃ mortuus est: mecū & cū Scipione differere: tamē aū  
 fert eam viriditatem: in qua etiam nunc erat Scipio. Quamobrē  
 vita quidem talis fuit vel fortuna vel gloria: vt nihil posset acce  
 dere. Moriendi autem sensum celeritas abstulit. quo de genere  
 mortis difficile est dicere: quid homines suspicentur videtis. Hoc  
 vere tamen licet dicere. P. Scipioni ex multis diebus: quos in vita  
 celeberrimos letissimosq̃ vidit: illum diem fuisse clarissimū: quo  
 senatu dimisso domum ad vesperum reductus est a patribus con  
 scriptis: a Po. Ro. sociis latinis pridie q̃ excessit e vita: vt ex tam al  
 to dignitatis gradu ad superos videatur deos potiusq̃ ad inferos  
 peruenisse. Neq̃ enim assentior iis qui hoc nup̃ differere cepe  
 runt: cum corporib⁹ simul animos interire: atq̃ omnia morte de  
 lerī. Plus apud me antiquorū valet auctoritas vel nostrorum ma  
 iorū: qui mortuis tam religiosa iura tribuerunt. Quod non fecis  
 sent profecto: si nihil ad eos pertinere arbitrarentur: vel eorum  
 qui in hac ipsa terra fuerunt: magnāq̃ grāciam quē nunc quidē  
 deleta est: tunc florebat institutis preceptisq̃ suis erudierunt: vel  
 eius qui Apollinis oraculo sapientissimus est iudicatus: qui non  
 tum hoc tum illud vt in plerisq̃: sed idem semper dicebat animos  
 hominū esse diuinos: iisq̃ cum corpore excessissent: reditū in cœ  
 lum patere: optimoq̃ & iustissimo cuiq̃ expeditissimū iter: quod  
 idem Scipioni videbatur: qui quasi presagiret p̃ paucis ante mor  
 tem diebus cum & Philus & Manilius adessent & alii plures: tuq̃  
 etiam Scæuola mecum venisses: tridū differuit de rep. cuius dis  
 putationis extremū fuit fere de immortalitate animorū: quē se in  
 quiete p̃ visum est Aphricano audisse dicebat. Id si ita est: vt opti  
 mi cuiusq̃ animus in morte euolet facillime tanq̃ e custodia vin  
 culisq̃ corporis: cui censemus cursum ad deos faciliore fuisse q̃  
 Scipioni: Quo circa moerere hoc euentū eius vereor: ne inuidi ma  
 gis q̃ amici sit. Sin aut̃ illa vereor: vt idem inierit sit animorum  
 & corporum: nec vllus sensus maneat: vt nihil boni est in morte:  
 sic certe nihil mali. Sensu enim amisso sit idem quasi natus nō es  
 set omnino: quem tamen esse natum & nos gaudemus: & hec ci  
 uitas dum erit letabitur. Quamobrē cum illo quidem vt supra di  
 xi: actum est optime: mecum incōmodius: quem fuerat æquius  
 vt prius introieram: sic prius exire de vita. Sed tamen recordatio  
 nē nostrē amicitie sic fruor: vt beate vixisse videar: quia cum Scipio

pione vixerim: quo cum mihi coniuncta cura de re publica: & de  
 priuata fuit: quocum & dom<sup>9</sup> fuit & militia cōmunis: & id in quo  
 omnis vis amicitia. voluntatum. studiorum. sententiarū summa  
 consensio. Itaq; nō tam ista me sapientie: quam modo Fannius  
 cōmemorauit: fama delectat falsa presertim: quam q̄ amicitie no  
 stre memoriam spero fore sempiternam. Idq; eo magis mihi cor  
 di est: q̄ ex omnibus seculis vix tria aut quattuor nominatur ami  
 corū paria. Quo in genere sperare videor Scipionis & Lælii ami  
 ciciam fore posteritati notam: FANNIUS. Istud quidē Læli ita  
 necesse est: sed quoniam amicitia mentionē fecisti: & sumus ocio  
 si: pergratum mihi feceris spero itē Scæuolæ: si quemadmodū so  
 les de ceteris rebus: cum ex te queruntur: sic de amicitia disputa  
 ueris quid sentias: qualē existimes: quę precepta des. SCAE. Mi  
 hi quidē gratum erit: atq; id ipsum cum tecū agere conarer: Fan  
 nius anteuertit. Quamobrē vtriq; nostrum gratū admodum fe  
 ceris. LÆ. Ego vero nō grauarer: si mihi ipse considerē. Natū  
 & præclara res est: & sum<sup>9</sup> vt dixit Fannius ociosi. Sed quis ego sū:  
 aut quę est in me facultas? Doctorū est ista consuetudo eaq; gre  
 corum: vt iis ponatur de quo disputent quamuis subito. Magnū  
 opus est: egetq; exercitatione nō parua. Quamobrē quę disputa  
 ride amicitia possunt: ab eis censeo petatis qui ista profitentur.  
 Ego vero vos hortari tantū possum vt amicitiam omnibus reb<sup>9</sup>  
 humanis anteponatis. nihil est enim tam nature aptum tamq; cō  
 ueniens ad res vel secundas vel aduersas. Sed hoc primū sentio ni  
 si in bonis amicitiam esse non posse. Neq; id ad viuū refeco: vt  
 ii qui hæc subtilius differunt: fortasse vere: sed ad communē vtili  
 tatem parum. Negant enim quenquam esse virum bonū nisi sa  
 piētem. Sit ita sane. sed eam sapientiam interpretantur: quam ad  
 huc nemo mortalis est consecutus. Nos autē ea quę sunt in vsu vt  
 taq; cōmuni: non ea quę finguntur aut optantur spectare debea  
 mus. Nūquam ego dicam. C. Fabricium. M. Curiū. T. Corūcani  
 um: quos sapiētes maiores nostri iudicabant: ad istorum norma  
 fuisse sapiētes. Quare sibi habeāt sapiētie nomē & inuidiosū & ob  
 scurū: cōcedatq; vt hi viri boni fuerit: neq; id quidē facient: nega  
 bunt id nisi sapiēti posse cōcedi. Agam<sup>9</sup> igr̄ pigui vt aiūt minerua.  
 Qui ita se gerūt: ita viuūt: vt eorū probetur fides. integritas. æq̄  
 litas. liberalitas. nec sit in eis vlla cupiditas. vel libido. vel auaricia:

itaq; magna constantia: vt hi fuerunt: quos modo nominauī: hos  
 viros bonos: vt habiti sunt: sic etiam appellādos putemus: qui se-  
 quantur quantum homines possint: naturam optimā bene viuē-  
 di ducem. Sic enim bene perspicere mihi videor: ita nos natos esse  
 se vt inter omnes esset societas quēdam: maior autē vt quisq; pro-  
 xime accedit. Itaq; ciues potiores sunt quam peregrini. & propi-  
 qui quā alieni. Cum iis enim amicitiam natura ipsa peperit: sed  
 ea non satis habet firmitatis. Namq; hoc prestat amicitia propin-  
 quitati q̄ ex propinquitate beniuolentia tolli potest: ex amicitia  
 non potest. Sublata enī beniuolentia: amicitie nomē tollitur: pro-  
 pinquitatis manet. Quanta autem vis amicitie sit: ex hoc intelli-  
 gi maxime potest: q̄ ex infinita societate generis humani: quam  
 conciliauit ipsa natura: ita contracta res est & adducta in angustū:  
 vt omnis charitas aut inter duos aut paucos iungeretur. Est enī  
 amicitia nihil aliud: nisi omniū diuinarum humanarumq; rerum  
 cum beniuolentia & charitate summa consensus. Qua quidē haud  
 scio an excepta sapiētia quicquā homini melius sit a diis immor-  
 talibus datum. Diuitias alii preponunt. Bonam alii ualitudinē.  
 alii potentiam. alii honores. multi etiam voluptates. Belluarum  
 hoc quidem extremum est. illa autem superiora caduca & incer-  
 ta. posita non tam in consiliis nostris quam in fortunę temerita-  
 te. Qui autem in uirtute summum bonum ponunt: preclare illi  
 quidem: sed hæc ipsa uirtus amicitiam & gignit & continet: nec si-  
 ne uirtute amicitia esse ullo pacto potest. Iā uirtutem ex consue-  
 tudine uitæ sermonisq; nostri interpretemur: nec eam vt quidam  
 docti uerborum magnificētia metiamur: uirosq; bonos eos qui  
 habentur numeremus. Paulos. Catones. Caios. Scipiones. Phi-  
 los. his cōmunis uita contenta est. eos autem omittamus: qui om-  
 nino nusquam reperiuntur. Tales igitur inter uiros amicitia tan-  
 tas opportunitates habet: quātas uix queo dicere. Principio qui  
 potest esse uita uitalis ut ait Ennius: qui nō in amici beniuolentia  
 conuiescat? Quid dulci? quam habere: qui cum omnia sic loqui  
 audeas ut tecum? Quis esset fructus tantus in prosperis rebus: nisi  
 si haberes qui illis actu ipse gauderet? Aduersas uero ferre diffi-  
 cile esset sine illo: qui eas grauius quam tu ferret. Deniq; ceteræ  
 res quæ expetuntur: opportune sunt singule singulis fere rebꝫ. Di-  
 uitie: ut utare. opes: ut colare. honores: ut laudare. voluptates:

vt gaudeas. validudo vt dolore careas: vt munerib<sup>9</sup> fruare corporis. Amicitia res plurimas continet. quocūq; te verteris preſto eſt. nullo loco excluditur. nunquam intempeſtiua. nunquam moleſta eſt. Itaq; non aqua: non igni vt aiunt locis pluribus vtimur q̄ amicitia. Neq; ego nunc de vulgari aut de mediocri: que tamen & ipſa delectat & prodeſt: ſed de vera & perfecta loquor: qualis eorum qui pauci nominantur: fuit. Nam & ſecundas res ſplendidior res facit amicitia: & aduerſas patiens communicanſq; leuioreſ. Cumq; plurimas & maximas commoditates amicitia contineat: tum illa mirum preſtat omnibus: q̄ bona ſpe præluceſt impoſſerum: nec debilitari animos aut; cadere patitur. Verum etiam amicum qui intuetur: tãquã exemplar aliquod intuetur ſui. Quo circa & abſentes adſunt: & egentes abundant: & imbecilleſ valēt: & quod difficilius dictu eſt: mortui viuunt: tãtus eos honos. memoria. deſiderium proſequitur amicorum. Ex quo illorum beata mors videtur: horum vita laudabilis. Quod ſi exemeris ex reruſ natura beniuolentiæ coniunctionem: nec domus vlla nec vrbs ſtare poterit: nec agricultura permanebit. Id ſi minus intelligitur: quanta viſ amicitia concordiaq; ſit: ex diſſenſionibus atq; diſcordiſ percipi poteſt. Que enim domus tam ſtabilis: que tam firma ciuitas eſt: que non odiſ & diſſidiſ poſſit euerſi funditus: Ex quo quantum boni ſit in amicitia iudicari poteſt. A grigētinum quidem doctum quendam viruſ carminibus græciſ vaticinatum ſerunt: que in reruſ natura totoq; mundo conſtarent: queq; mouerētur: ea contrahere amicitiam: diſſipare diſcordiam. Atq; hec quidem oēs mortales intelligunt: & re probāt. Itaq; ſi quãdo aliſ quod officium extitit amici in periculis aut adedūdiſ aut communi cãdiſ: quiſ eſt qui id nō maximis efferat laudibus? Qui clamores tota cauea nuper in hoſpitiſ & amici mei Pacuui fuerūt noua fabula: cū ignorãte rege vter eorum Hoſteſtes eſſet: Piladeſ ſe eſſe Hoſteſtem diceret: vt pro illo necaretur: Hoſteſtes autem ita vt erat: Hoſteſtem ſe eſſe perſeueraret. Stãtes autem in re ſicta complaudebãt: quid arbitramur in vera fuiſſe faciuros? Facile iudicãt ipſa natura vim ſuã: cū hoies quod facere ipſi nō poſſent: id reſe fieri in altero iudicãret. Haſtenus mihi videor de amicitia qd ſentire potuiſſe dicere. Si qua præter ea ſunt credo aut eſſe multa: ab iſ: ſi videbitur qui iſta diſputãt: q̄ritote. FANNIYS. Nos aut po



tius a te quam quæ etiam ab istis sepe quesitum & audiri non inuitus quædam: sed expectamus aliud quoddam filium orationis tuæ. SCAE. Tum magis id diceres Fanni: si nuper Scipionis in hortis: cum de republica disputatum est affuisses: qualis tum patronus iustitiæ fuit contra accuratam orationem Philii. FANNIVS. Facile id quidem fuit iusticiam iustissimo viro defendere. SCAE. Quid amicitiam? nonne facile ei erit qui ob eam summa fide constantia iustitiæque seruatam maximam gloriam ceperit? LAE. Vix hoc quidem est afferre. Quid enim refert qua me ratione cogatis? cogitis certe. studiis enim generorum præsertim in re bona cum difficile est: tum ne æquum quidem obistere. Sæpissime igitur mihi de amicitia cogitanti maxime illud considerandum videri solet vtrum propter imbecillitatem atque inopiam desiderata sit amicitia: ut dandis recipiendisque meritis: quod quisque minus per se ipse posset: id acciperet ab alio: vicissimque redderet: an esset hoc quiddam proprium amicitiae: sed antiquior & pulchrior & magis a natura ipsa profecta alia causa. Amor enim ex quo amicitia nominata est: princeps est ad benivolentiam coniungendam. Nam utilitates sæpe quidem etiam ab his percipiuntur qui simulatione amicitiae coluntur: & obseruantur temporis causa. In amicitia autem nihil fictum est: nihil simulatum: & quidquid in amicitia est: id verum est & voluntarium. Quapropter a natura videtur mihi potius quam ab indigentia orta amicitia: applicatione magis animi cum quodam sensu amandi: quam cogitatione quantum illa res utilitatis esset habitura. Quod quidem quale sit: etiam in bestiis quibusdam animaduerti potest: quæ ex se natos ita amant ad quoddam tempus: ab eisque ita amantur: ut facile earum sensus appareat. Quod in homine est multo euentius. Primum ex ea charitate quæ est inter natos & parentes: quæ dirimi nisi detestabili scelere non potest. Deinde cum similis sensus extitit amoris: si alii quem nati sumus cuius moribus & naturæ congruamus: quod in eo quasi lumen aliquod probitatis & virtutis perspicere videamus. Nihil est enim virtute amabile: nihil quod magis homines alliciat ad diligendum: quippe cum propter virtutem & probitatem etiam eos quos nunquam vidimus: quodammodo diligamus. Quis est qui. C. Fabricii. M. Curii non cum charitate & benevolentia memoriam prosequatur: quos nunquam viderit? Quis autem est qui Tarquinium Superbum: qui. P. Crassum. Spurium Melium non odert?

Cum duobus ducibus de imperio in Italia decertatus est Pyrrho  
 & Annibale. ab altero propter probitatem eius non alienos ani-  
 mos habemus: alterum propter crudelitatem semper hæc ciuitas  
 oderit. Quæ si tanta vis probitatis est: vt eam vel in eis quos nunquã  
 vidimus: vel quod maius est in hoste etiam diligamus: quid mirũ  
 est si animi hominũ moueantur: cum eorum quibuscũ vsu conũ-  
 cti esse possunt: virtutem & bonitatem perspicere videatur? Quãquã  
 confirmatur amor & beneficio accepto & studio perspecto & cõ-  
 suetudine adfusa. Quibus rebus ad illum primũ motum ani-  
 mi adhibitis admirabilis quedam exardescit: beniuolentię magni-  
 tudo: quã si qui putat ad imbecillitate proficisci: vt sit per quã affe-  
 quatur quod quisq; desideret: humilẽ sane relinquunt & minime  
 generosum vt ita dicam: ortum amicitie: quã ex inopia atq; indig-  
 gentia natam volunt. Quod si ita esset: vt quisq; valitudinis mini-  
 mũ in se esse arbitraretur: ita ad amicitiam esset aptissim⁹: quod  
 longe secus est. Vt enim sibi vnusquisq; plurimum confidit: & vt  
 quisq; maxie virtute & sapientia excellit: & sic munit⁹ est vt nullo  
 egeat: suaq; oia in se ipso posita iudicet: ita in amicitis expetendis  
 colendisq; maxime excellit. Quid enim Africanus indigens erat  
 meis? minime hercle. ac ne ego quidẽ illius. sed ego admiratione  
 quadã virtutis eius: ille vicissim opinione fortasse non nulla quã  
 de meis moribus habebat: me dilexit. auxit beniuolentiam con-  
 suetudo. Sed quãquã vtilitates multe & magne consecute sunt: nõ  
 sunt tñ ab earum spe causæ diligendi profectę. Vt enim benefici li-  
 beralesq; sumus: nõ vt exigamus gratiã: neq; enim beneficium  
 fœneramur: sed natura propensi ad liberalitatem sumus: sic amicitiam  
 non spe mercedis adducti: sed q̃ omnis eius fructus in ipso  
 amore inest: expetendam putamus. Ab iis qui pecudum ritu ad  
 voluptatem omnia referunt: longe dissentimus. nec mirũ. Nihil  
 enim altum. nihil magnificum. aut diuinum suspicere possunt: q̃  
 suas omnes cogitationes abiecerũt in rem tam humilẽ tamq; cõ-  
 temptam. Quãobrẽ hos quidẽ ab hoc sermone dimoueam⁹. Ip-  
 si autem intelligamus natura gigni sensum diligendi: & beniuole-  
 tię charitatem facta significatione probitatis. Quã qui appetiue-  
 rint: sese applicant: & propius admouent: vt & vsu eius quẽ dili-  
 gere coeperunt: fruatur & moribus: sintq; pares in amore & æqua-  
 les: propensioresq; ad bene merendum quam ad reposcendum.

ac hec inter eos sit honesta concertatio. Sic & utilitates ex amicitia maxime capiuntur: & erit ortus eius magis natura quam ab imbecillitate & grauior & verior. Nam si utilitas amicitias coglutinaret: eadem commutata dissolueret. Sed quia natura commutari non potest: idcirco verę amicitie sempiternę sunt. Ortum quidem amicitie videtis: nisi aliud adhuc forte vultis. FAN. Tu vero perge Laeli: pro hoc quidem: qui minor est natu: meo iure respondeo. SCAE. Recte tu quidem. quãobrem audiam? LAE. Audite vero optimi viri ea quę sapissime inter me & Scipionem de amicitia discebantur: quãquã ille quidem difficilis esse dicebat: quã amicitia usque ad extremum diem permanere. Nam vel ut non idem expediret utriusque incidere sepe: vel ut de re. non idem sentiret. Mutari etiã mores hominũ sepe dicebat alias aduersis rebus: alias etate ingravescente. Atque earum rerum exemplũ & similitudine capiebant inuentis ætatis: quod summi puerorum amores sepe vna cum pretexta toga sumpta deponerentur. Sin autem longius in adolescentiã perduxissent: dirimi tamen interdum contentione: vel luxurie conditione: vel commodi alicuius: quod idem adipisci uterque non posset. Quod si qui longius in amicitia prouecti essent: tamen sepe labefactari: si in honoris contentionem incidissent. Pestem enim maiorem nullam esse in amicitia quã in plerisque pecunie cupiditate: in optimis quibusque honoris certamen & glorie: ex quo inimicitias sepe maximas inter amicissimos extitisse: magnaque etiam dissidia & plerumque iusta nasci: cum aliquid ab amicis: quod iustum non esset: postularetur: ut aut libidinibus ministri: aut adiutores essent ad iniuriam. quod qui recusarent: quis honeste id facerent: ius tamen amicitie deserere arguerentur ab iis: quibus obsequi nollent. Illos autem qui quiduis ab amico auderent postulare: & postulatione ipsa profiteri omnia se amici causa esse facturos: eorum querela iuueterrata non modo familiaritates extinguere solere: sed odia etiã gigni maxima atque sempiterna. Hęc ita multa quasi fata impendere amicis: ut omnia subterfugere non modo sapientie sed etiam foelicitatis diceret sibi videri. Quãobrem id primum videamus si placet: quatenus amor in amicitia progredi debeat. Nun si Coriolanus habuit amicos: ferre arma contra patriam illi debuerunt? Nun Babilonium regnum appetentem? Nun Melium amici iuuare debuerunt? Tiberium quidem Gracchum remp. vexantem a. Q. Tubero

ne equalibusq; amicis derelictum videbamus. At. C. Blossius cum manus hospes familie nostre Sceuola: cum ad me qui aderam: cum Lenate & Rupilio consulibus in consilio deprecatum venisset: hanc sibi vt ignoscerem causam afferebat: qd tanti. T. Gracchum fecisset: vt quidquid ille vellet: faciendum sibi putaret. Tum ego: etiam ne si te in capitolium faces ferre iussisset: paruissem? Nunq; inquit voluisset id quidem. sed si voluisset: paruissem. Videtis qd nefaria vox? Et hercle ita fecit: vel plus etiam quam dixit. Non enim tantum paruit: ille Tiberii Gracchi temeritati: sed presuit. nec se comites illius furoris: sed ducem prebuit. Itaq; hac amicitia questione noua perterritus in Asiam fugit. ad hostes se contulit. poenas reip. graues iustasq; persoluit. Nulla est igitur excusatio peccati: si amici causa peccaueris. Nam cum virtutis opinio conciliatrix amicitie fuerit: difficile est amicitiam manere: si a virtute defeceris. Quod si rectum statuerimus vel concedere amicis quidquid velit: vel impetrare ab iis quidquid velimus: perfecta quidem sapientia fuerit: si nihil habeat res vicii. Sed loquimur de iis amicis: qui ante oculos sunt: quos videmus: aut de quibus memoriam habemus: quos nouit vita communis. Ex hoc numero nobis exempla sumenda sunt: & eorum quidem maxime: qui ad sapientiam proxime accedunt. Vidimus Paulum Emilium. C. Lucinio familiare fuisse. Sic enim a patribus accepimus: bis vna consules: & bis collegas in censura: Tum etiam & cum iis & inter se coniunctissimos fuisse. M. Curius & T. Cornelianus memorie proditum est. Igitur ne suspicari quidem possumus quomodo horum ab amico quippiam contendisse: quod vel contra fidem contra iusiurandum: contra remp. esset. Nam haec quidem in talibus viris quid attinet dicere? Si contendissent: scio impetraturos non fuisse: cum illi sanctissimi viri fuerint. Neq; autem nefas sit: tale aliquid & facere rogatum: & rogare. At vero Tiberium Gracchum sequebantur. C. Carbo & C. Cato & minime tum quidem Catus frater: nunc quidem hostis acerrimus. Haec igitur prima lex in amicitia sancitur: vt neq; rogemus res turpes: nec faciamus rogati. Turpis enim excusatio est: & minime accipienda: cum in ceteris peccatis: tum si quis contra remp. se amici causa fecisse fateatur. Et enim eo loco Fanni & Sceuola locati sumus & nos longe prospicere oporteat futuros casus reip. Deflexit enim iam aliquantulum de spatia curriculumq; maiorum consuetudo.

Tiberius Gracchus regnū occupare conatus est: vel regnatis.  
 quidem per paucos menses. Nunquid populus Ro. simile aut vi-  
 derat aut auderat? Hunc etiam post mortē secuti amici & propin-  
 qui quid in P. Scipionē Nasicaꝝ effecerūt: sine lachrymis nō queo  
 dicere. Nam Carbonem quo quomodo potuimꝰ: propter recen-  
 tem poenā. T. Gracchi sustinuimus. De. C. aut Gracchi tribunatu  
 quid expecte: non libet augurari. Serpit deinde res: que procliuſ  
 ad perniciem cū semel cœperit: labitur. Videtis in tabella iam aũ  
 quanta sit facta lues primo Gabinia lege: biennio aut post Cassia.  
 Videre iam videor mihi populū a senatu distūctum: multitudinis  
 arbitrio res maximas agi. plures enim discent: quēadmodum hec  
 fiant: q̄ quēadmodū iis resistatur. Quorsum hec? quia sine sociis  
 nemo quicq̄ tale conatur. Precipiendū igitur ē bonis: vt si in eius  
 modi auiciās ignari casu aliquo inciderint: nec existiment ita  
 se alligatos: vt ab amicis in rep. peccantibus non discedant. Imo  
 probis aut poena statuenda est: nec vero minor iis: q̄ secuti erūt al-  
 terū: quā iis qui fuerint impietatis duces. Quis clarior in græcia  
 Themistocle? quis potentior? Qui cum imperator bello Persico  
 seruitute græciam liberasset: propterq̄ inuidiam in exilium ex-  
 pulsus esset: ingratę patrię iniuriam nō tulit: quam ferre debuit.  
 Sed fecit idem quod viginti annis ante apud nos fecerat Coriola-  
 nus. His adiutor contra patriam inuentus est nemo: itaq̄ mortē  
 sibi vterq̄ consciuit. Quare talis improborū consensio nō mo-  
 do excusatione amicicię tegenda non est: sed potꝰ supplicio om-  
 ni vindicanda est: vt ne quis concessum putet: amicum bellūꝝ pa-  
 trię inferentem sequi: quod quidem: vt res ire cœpit: haud scio:  
 an aliquando futurum sit. Mihi autem non minori curæ est: quā  
 līs respub. post mortē meam futura sit: q̄ qualis sit hodie. Hęc  
 igitur pria lex amicicię sancitur: vt ab amicis honesta petamus:  
 & amicos cā honesta faciamꝰ. Neq̄ expectemꝰ qdē dū rogemur:  
 sed studiū sp̄ ad sit. cūratio absit. Cōsiliū verū dare gaudeamꝰ libere  
 plurimū in amicicia amicorū bene suadentiū valeat auctoritas: ea  
 q̄ adhibeatur ad monendū non modo aperte: sed etiam acriter:  
 si res postulabit: & auctoritati adhibita pareatur. Nam quibusdā  
 quos audio sapientes habitos in græcia placuisse opinor mirabi-  
 lia quēdā: sed nihil est quod illi nō perfequātur suis argutis: par-  
 tim fugiendas esse nimias amicicias: ne necesse sit vnū sollicitum

esse pro pluribus. Satis superque esse sibi suarum cuiusque rerum curam: alienis nimis implicari molestum esse. comodissimum esse quod laxissimas habenas habere amicitie: quas vel adducas cum velis: vel remittas. Caput enim esse ad beate viuendum securitatem: qua frui non possit animus: si tanquam parturiant unus pro pluribus. Alios autem dicere aiunt multo etiam inhumanius: quem locum breuiter paulo ante perstrinxi: praesidii adiumenti ve causa: non beneuolentiae neque charitatis amicitias esse expetendas. Ita ut quisque minimum firmitatis haberet in minimisque virum: ita amicitias appetere maxime. Ex quo efficeretur: ut misericordiae magis amicitiarum praesidia quaerent quam iri: et inopes quam opulenti: et calamitosi quam ii: qui putantur esse beati. O praecelaram sapientiam. Solem enim e mundo tollere videntur: qui amicitiam de vita tollunt: qua nihil a diis immortalibus habemus melius. nihil iucundius. Quae est enim ista securitas specie quidem blanda: sed re ipsa multis locis repudianda? Neque enim est consentaneum ullam honestam rem actionem ve: ne sollicitus sis: aut non suscipere: aut susceptam deponere. Quod si curas fugimus: virtus fugienda est: quae necesse est ut cum aliqua cura res sibi contrarias aspernetur atque oderit: ut bonitas maliciam: temperantia libidinem: ignauia fortitudo. Itaque videas rebus iniustis iustos dolere maxime: imbecilibus fortes: flagitiosis modestos. Ergo proprium est animi bene instituti et letari bonis rebus: et dolere contrariis. Quomobrem si cadit in sapientem animi dolor: qui profecto cadit: nisi ex eius animo extirpata humanitatem arbitremur: quae causa est: cur amicitiam funditus e vita tollamus: ne aliquid propter eam suscipiamus molestias? Quid enim interest motui animi sublato: non inter pecudem et hominem: sed inter hominem et truncum: aut saxa: aut quoduis generis eiusdem? Neque vero isti audiendi: qui vitam duram et quasi ferream esse quandam rem volunt: quae quidem est cum in multis rebus tum in amicitia tenera et tractabilis: ut et bonis amici quasi diffundatur: et in commodis commutatur. Quomobrem angor iste: qui pro amico sepe capiendus est non tantum valet: ut tollat de vita amicitiam: non plusquam ut et virtutes tollantur: et quia nonnullas curas et molestias afferant: repudientur. Cum autem contrahat amicitiam ut supra dixi si qua significatio virtutis eluceat: ad quam se similis animus applicet et adiungat: id cum contingit: amor sibi oratur necesse est. Quid enim

tam absurdum quod delectari multis rebus inanibus. ut honore. ut gloria. ut edificatio. ut vestitu cultuque corporis: animo autem virtute preediro eo: qui vel amare: vel ut ita dicam: redamari possit: non admodum delectari: nihil enim remuneratione beniuolentie: nihil vicissitudine officiorum studiorumque iucundius. Quod si etiam illud addimus: quod recte addi potest: nihil esse quod ad rem se vlam tam alliciat & attrahat quod ad amicitiam similitudo: conceditur profecto verum esse: ut bonos boni diligant: asciscantque sibi quasi propinquitate coniunctos atque natura. Nihil est enim appetentius similitum sui nec rapacius quod natura. Quamobrem hoc quidem Fanni & scouola constat ut opinor: bonis inter bonos quasi necessariam esse beniuolentiam: quae est fons amicitiae a natura profectus. Sed eadem etiam bonitas ad multitudinem pertinet. Non est enim inhumana virtus: neque imanis: neque superba: quae etiam populos vniuersos tueri: eisque optime consulere soleat. Quod non faceret profecto: si a charitate vulgi abhorreret. Atque etiam mihi quidem videtur: qui utilitatis causa fingunt amicitias: amabilissimum nodum amicitiae tollere. Non enim tam utilitas parta per amicum quod amici amor ipse delectat. tuncque illud fit: quod ab amico est profectum iucundum: si cum studio est profectum. tautum quod abest ut amicitiae propter indigentiam colantur: ut si qui sunt opibus & copiis maximeque virtute preediti: in qua plurimum est praesidii: minime alterius indigeant. liberalissimi sunt atque beneficentissimi: atque haud scio an ne opus sit quidem mihi vnaque deesse amicitis omnino. Vbi enim nostra viguissent: si nunquam studio. nunquam consilio. nunquam opera nostra nec domi nec militiae Scipio eguisset: non ergo utilitatem amicitiae: sed utilitas amicitiam consecuta est. Non igitur erunt homines diuitiis affluentes audiendi: si quando de amicitia quam nec vsu nec ratione habent cognitam disputabunt. Nam quis est pro deorum atque hominum fidem: qui vellet: ut neque diligat neque: nec ab vilo diligatur: circumfluere omnibus copiis: atque in omni rerum abundantia viuere: Est enim haec tyrannorum vita nimirum: in qua nulla fides. nulla charitas. nulla stabilis beniuolentiae potest esse fiducia. Omnia semper suspecta atque sollicita. nullus amicitiae locus. Quis enim aut eum diligat: quem metuat: aut eum a quo se metui putet: Coluntur tamen simulatione dumtaxat ad tempus. Quod si forte: ut plerumque fit: ceciderit

rint: tum intelligitur quā inopes fuerunt amicorum. Quod Tar-  
 quinium dixisse ferunt tum exulātem se intellexisse quos fidos  
 amicos habuisset. quos infidos: cum ism neutris gratiam referre  
 posset. Quāquā miror illa superbia & importunitate si quēpiam  
 amicum habere potuit. Atq; quēadmodū; huius: quem dixi mo-  
 res: veros amicos parare non potuerūt: sic multorum opes præ-  
 ponentium excludunt amicitias fideles. Non enim solū; ipsa for-  
 tuna cæca est: sed eos etiam plerumq; cæcos efficit: quos cōple-  
 xa est. Itaq; illi efferuntur fere fastidio & contumacia: nec quicq;   
 insipiente fortunato intolerabilius fieri potest. Atq; hoc quidē  
 videre licet eos: qui antea cōmodis fuerūt moribus. imperio. pos-  
 testate. prosperis rebus imitari: sperni ab iis amicitias veteres:  
 indulgere nouis. Quid autē stulti? q̄ cū plurimū copijs. facultati-  
 bus. opibus possint: cætera parare q̄ parātur pecunia: equos. fa-  
 mulos. vestē egregiā. vasa preciosa: amicos non parare optimā &  
 pulcherrimā vitē: vt ita dicā supellestiles: & em̄ cetera cū parāt: cui  
 parētur nesciūt: nec cui? causa laborēt. Eius est. n. istorū quodq;:  
 q̄ vincit viribus. amicorū sua cuiq; remanet stabilis & firma pose-  
 sessio: vt et si illa remaneant q̄ sunt quasi dona fortunę: tñ vita in-  
 culta & deserta ab amicis non possit esse incūda. Sed hæc hæsten?  
 Constituendū; sunt autē qui sint in amicitia fines: & quasi termini  
 diligendi: de quibus tres video ferri sententias: quarū nullā pro-  
 bo. Vnā vt eodē modo erga amicum affecti simus: quo erga nos  
 metipsos. Alterā: vt nostra in amicos beniuolentia: & illorum et-  
 ga nos pariter equaliterq; respōdeat. Tertiā vt quanti quisq; seip-  
 sum facit: tantū; fiat ab amicis. Harū trium sententiā; nulli pro-  
 suis assentior. Neq; enim illa prima vera est: vt quēadmodū; in se  
 quisq; sit: sic in amicum sit animatus. Quā multa sunt enim quæ  
 nostra causa non faceremus: facimus causa amicorū: tū precari pro  
 amico. indigno supplicare. tum in aliquē acerbius inuehi insectari  
 q; vehemētius: quē in nostris rebus non satis honeste: in amicorū  
 sūt honestissime. Multeq; sunt res in qbus de suis cōmodis viri  
 boni multa detrahūt detrahē; patiūtur: vt iis amici potiusq; ipsi  
 fruātur. Altera sentētia est: q̄ definit amicitia parib; officiis ac vo-  
 luntariis. Hoc quidem est nimis exigue & exiliter ad calculos  
 vocare amicitiam: vt par sit ratio acceptorū & datorū. Ditor  
 enī videtur eē & affluentior verā amicitia: nec obseruare restrictē



quin plus reddat quā acceperit. Neque enim verēdū est ne quod excidat:  
 aut ne quod in terrā defluat: aut ne plus æquo quod in amicitia conge-  
 ratur. Tertius vero ille finis deterrimus est: vt quāti quisque se ipse  
 facit: tāti fiat ab amicis. Sepe enim quibusdā aut animus abiectior  
 est: aut spes fortunę amplificandę fractior. Non est igitur amici ta-  
 lem esse in eū qualis ille in se est: sed potius eniti & efficere: vt ami-  
 ci iacentem animum excitet: inducatque in spem cogitationemque  
 meliorem. Alius igitur finis verę amicitie constituedus est: si pri-  
 us quod maxime reprehendere solitus sit Scipio edixero. Negabat  
 vllā vocem inimiciorū amicitie potuisse reperiri: quā eius qui  
 dixisset: ita amare oportere: vt aliquādo esset osurus. Nec vero  
 se adduci posse: vt hoc quemadmodum putare ur: a Biāte esse dī-  
 ctum crederet: qui habitus esset sapiens & vnus ex septem: sed im-  
 puri potius cuiusdā & ambitiosus: aut omnia ad suā potentia reuo-  
 cātis esse sententiā. Quonā enim modo quisquā amicus esse po-  
 terit eius: cui se putabit inimicum esse posse: quin etiā necesse erit  
 cupere & optare: vt quā sepiissime peccet amicis: quo plures det si-  
 bi tāquā ansas ad reprehendendū. rursus etiā recte factis commo-  
 distis amicorum necesse erit angere: dolere. inuidere. Quare hoc quod  
 dem preceptum cuiuscumque est: ad tollendā amicitia valet. Illud  
 potius precipiendum fuit: vt eā diligentia adhiberemus in amicitia  
 cū comparādis: vt ne eum amare inciperemus: quem aliquādo  
 odisse possemus. Quin etiā si minus foelices in deligendum fuisse-  
 mus: ferendum id Scipio potiusquam inimiciorum tempus co-  
 gitandum putabat. His igitur finibus vtendum arbitror: vt eum  
 emendati mores amicorum sint: tum sit inter eos omnium rerū.  
 consiliorum. voluntatū sine vlla exceptione communitas: vt etiā  
 si qua fortuna acciderit: vt minus iuste amicorum voluntates adiu-  
 uandę sint: in quibus eorum aut de capite aut fama agatur: declinā-  
 dum sit de via: modo ne summa turpitudine sequatur. Est enim qua-  
 tenus amicitie dari venia possit. Nec vero negligenda est fama:  
 nec mediocri telum ad res gerendas existimare oportet beniuolē-  
 tiam ciuium: quā blanditiis & assentando colligere turpe est. vir-  
 tus quam sequitur charitas minime repudianda. Sed sepe redeo  
 ad Scipionem: cuius omnis sermo erat de amicitia. Querebatur  
 autem quod quidem in rebus omnibus hoies diligentiores essent: vt capras  
 & oues quotquot haberet dicere posset: amicos quot haberet dī-

cere nō valeret: & in illis quidē parādis adhibere curā: in amicis est  
 gēdis negligētes esse: nec hēre quasi signa qdā & notas: quibus eos  
 q ad amicitia essent idōei: iudicārēt. Sūt igitur firmi. stabiles. & cō  
 stātes deligēdi: cuius gñis magna pœnuria est: & iudicare difficia  
 le est sane: nisi expertum sit. Experientiū est igitur ī ipsa amicitia.  
 ita p̄currit amicitia iudiciū: tollitq; experiēdi potestātē. Est igitur  
 prudentis sustinere vt cursum: sic impetum beniuolētiae: quo  
 vtamur quasi equis temperatis sic amicitia aliqua parte probatis  
 moribus amicorum. Quidā sepe in parua pecunia quā leues sint  
 perspiciuntur. quidam vero quos parua pecunia mouere non po  
 tuit: cognoscuntur in magna. Si vero erunt aliqui qui pecuniam  
 p̄ferre amicitiae sordidum existiment: vbi eos inueniemus qui  
 honores. magistratus. imperia. potestates. opes amicitiae nō an  
 teponant: vt cum ex altera parte proposita hęc sint: ex altera vis  
 amicitiae: non multo illa malint. Imbecilla enī est natura ad cō  
 tēendam potentiam: quā & si neglecta amicitia consecuti sunt:  
 excusatum iri arbitrantur: quia non sine magna causa sit negle  
 cta amicitia. Itaq; verae amicitiae difficillime reperiuntur in iis:  
 qui in honoribus reipublice versantur. Vbi enim iustum inueni  
 es qui honorem amici anteponat suo: Quid vt hęc omittam  
 quam graues quam difficiles plerisq; videntur calamitatum so  
 cietates: ad quas non est facile inuentu qui descendat. Quamq;  
 Ennius dicat recte. Amicus certe in re incerta cernitur. Tamen  
 hęc duo leuitatis & infirmitatis plerosq; conuincunt: aut si in  
 bonis rebus contemnunt: aut in malis deserunt. Qui igitur vtra  
 q; in rel grauem. constantem. stabilem se in amicitia p̄stiterit:  
 hunc maxime ex raro hominum genere debemus iudicare & pe  
 ne diuino. Firmamentum autem stabilitatis constantiq; eius q;  
 in amicitia quærimus fides est. Nihil enim stabile: quod infidum  
 est. Simplicem p̄terea & communem & consentientem id est q;  
 rebus iisdem moueatur: eligi par est: quæ omnia pertinent ad fide  
 litatem. Neq; enim fidum potest esse multiplex ingenium & tor  
 tuosum. Neq; vero qui non eisdem rebus mouetur: naturaq; cō  
 sentit: aut stabilis aut fidus esse potest. Addendum eodem est: vt  
 ne criminibus aut inferendis delectetur amicus: aut credat obla  
 tis: quæ oīa pertinet ad eā quā iadudū pertracto cōstantiam. Itaq;  
 sit verū illud: quod initio dixi: amicitia nisi inter bonos esse non

posse. Est em̄ viri boni quē eundem sapiētē licet dicere: hęc duo te-  
 nere i amicicia: primū ne qd fictū sit: neue simulatū. Apte em̄ ama-  
 re vel odisse magis igenui est: q̄ fronte occultare sententiā. Deide  
 nō solū illatas ab aliquo crimiatiōes repellere: s; ne ip̄m qdē esse  
 suspiciosum: semp aliqd existimātē ab amico fuisse violatū. Acces-  
 dat suauitas qdā sermonū op; atq; morū haud qua; mediocre  
 cōdimētū amicicie. tristitia qdē ablit & in oī re seueritas. habet illa  
 quidē grauitatē: sed amicicia remissior esse debet & liberior & dul-  
 cior & ad oēm comitatē facilitatēq; p̄liuor. Existit aut̄ hoc loco  
 qdā q̄stio subdificilis. Nūqd amici noui digni amicicia veteribus  
 sunt antepōnēdi: vt eqs vetulis teneros añponere solem? Hoīe iā  
 digna dubitatio. Nō em̄ debet esse amiciciarū sicut allarū rerū fa-  
 tictas. Veterrima q̄q;: vt vīna q̄ vetustatē p̄ se ferūt: esse debēt  
 suauissima. verūq; illud est: qd vulgo dicitur: multos modios salis  
 simul edēdos esse: vt amicie mun? expletū sit. Nouitates aut̄ si sp̄  
 afferāt: vt tāquā in hær bis nō fallacib? fructus appareat: nō sunt il-  
 le qdē repudiādæ. vetustas tñ suo loco conseruāda est. Maxima est  
 em̄ vis vetustatis & consuetudinīs. Atqui in ip̄o equo cuius men-  
 tionem modo feci: si nulla res impediāt: nemo est: qui nō eo quo  
 consueuit libētius vtatur: quā intrectato & nouo. Nec vero in hoc  
 tātum: quod est animal: sed in iis etiā: quę sunt inanimata consue-  
 tudo valet: cum locis ipsīs delectemur montuosis licet & siluestri-  
 bus: in quibus diutius cōmorati sumus. Sed maximū est in amicicia  
 superiorē esse parem inferiori. Sæpe enim excellentie sunt q̄-  
 dam: qualis erat Scipionis in nostro: vt ita dicā: grege. Nunquā se  
 ille Philo: nunquā Rutilio: nunquā Mumio anteposuit: nunquā i  
 ferioris ordinis amicis. Q. vero Maximū fratrem egregium vi-  
 rum omnino: sibi nequaquā parem: q̄ is ante ibat ætate: tanquā  
 superiorem colebat: suosq; omnes p̄ se posse: esseq; ampliores  
 volebat. Quod faciēdum imitādumq; est omnib?: vt si quā p̄æ-  
 stentiam virtutis. ingenii. fortunæ consecuti sunt: imperiant eam  
 suis: comunicētq; cum proximis: vt si parentib? nati sint humi-  
 libus: si propinquos habeāt imbelliciores vel aīo vel fortuna: eo-  
 rum augeant opes: eisq; honori sint & dignitati: vt in fabulis qui  
 aliquādiu propter ignoratiā stirpis & generis in famulatu fuerūt:  
 cū cogniti sunt: aut deorū aut regum filii inuenti: retinent tamē  
 charitem in pastores quos patres multos annos esse duxerunt.

Quod quidem multo magis in veris patribus certisq; est facien-  
 dum. Fructus em̄ ingenii & virtutis omniscq; prestātia tum maxi-  
 mus capitur: cum in proximum quēq; confertur. Vt igitur il qui  
 sunt in amicitie coniūctionisq; necessitudine superiores: exæqua-  
 re se cum inferioribus debēt: sic inferiores nō dolere: se a suis su-  
 perioribus aut ingenio: aut fortuna: aut dignitate superari. Quo-  
 rum pleriq; aut querūtur semper aliqd aut exprobrāt: eoq; ma-  
 gis si habere se putāt quod officiose & amice & cū labore aliquo  
 suo factum queāt dicere. Odiosum sane genus hominum officia  
 exprobrantium: que meminisse debet is in quem collata sunt: nō  
 commemorare qui cōtulit. Quamobrem vt il q superiores sunt:  
 submittere se debent in amicitia: sic quodammodo inferiores ex-  
 tollere. Sunt enim quidam qui molestas amicitias faciūt: cum ipsi  
 se cōtemni putant: quod nō fere contingit: nisi iis qui etiam con-  
 temnendos se arbitrantur: qui hac opinione non modo verbis:  
 sed etiam opere lenandi sunt. Tantum autem cuiq; tribuendum  
 primum est: quantum ipse efficere possit: deinde etiam quantum  
 ille: quem diligas atq; adiuues sustinere possit. Non enim tu posse  
 sis quātumuis excellas: omnes tuos ad honores amplissimos per-  
 ducere. vt Scipio. P. Rutilium potuit cōsulem facere: fratrem ei⁹  
 Lucium non potuit. Quod si etiam possis quiduis deferre ad al-  
 terum: videndum tamen est: quid ille possit sustinere. Omnino  
 amicitie corroboratis iā cōfirmatisq; ingenii & ætatib⁹ iudicāde  
 sunt. Nec si qui ineunte ætate venādī aut pilæ studiosi fuerūt: eos  
 oportet habeāt necessarios: quos tū eodē studio p̄ditos dilexe-  
 runt. Isto em̄ modo nutrices & pedagogi iure vetustatis plurimū  
 beniuolētie postulabūt: q; negligēdi qdē nō sūt: sed alio quodā mō  
 amādi. Aliter amicitie stabiles pmanere nō possunt. Disparēs em̄  
 mores dispia studia sequūtur: quorū dissimilitudo dissociat amici-  
 cias. Nec ob aliā causā vllā boni iprobis iprobi bonis amici seē nō  
 possunt: nisi q̄ tanta est inter eos quāta esse potest maxima mo-  
 rum studiorumq; distātia. Recte etiam precipi potest in amicitias:  
 ne itemperata quēdā beniuolētia: quod p̄sepe fit ipediāt magnas  
 vtilitates amicorum. Neq; enim vt fabulas redeam: Neoptolo-  
 mus Troiā capere potuisset: si Lycomedē apud quē erat educat⁹:  
 multis cum lachrymis iter suū ipediētē audire voluisset. Et sepe i-  
 cūnt magne res: vt discedēdū sit ab amicitias: quas q̄ ipedire vult

eo q̄ desiderū non facile ferat. is & infirmus est & natura mollis:  
 & ob eā ipsam causam in amicitia parum iustus. Atq; in omni re  
 considerādū est: & quid postules ab amico: & quid patiare a te ipe  
 trari. Est etiā quasi quēdā calamitas in amicitis dimittēdis nō nū  
 q̄ necessaria. Iam em̄ a sapientū familiaritatē ad vulgares amicitias  
 oratio nostra dilabitur. Erūpunt sepe vitia amicorū cū in ipsos  
 amicos tū in alienos: quorū tamen ad amicos redundat infamia.  
 Tales igitur amicitie sunt remissione vsus leuande: & vt Catone  
 dicere audiui dissuēde magis q̄ discēde: nisi quēdā admo  
 dum intolerabilis iniuria exarserit: vt neq; rectum neq; honestū  
 sit: neq; fieri possit: vt non statim alienatio disunctioq; faciēda  
 sit. Sin aut̄ morum aut studiorū cōmutatio quēdam vt fieri solet:  
 facta erit: aut in reip. partibus dissensio intercefferit. loquor em̄  
 vt paulo ante dixi: non de sapientum: sed de cōmunib; amicitias  
 cauendū erit: ne nō solum amicitie depositę: sed etiam inimicie  
 susceptę videantur. Nihil enim turpius q̄ cum eo bellum gerere:  
 qui cū familiariter vixeris. Ab amicitia, **Q.** Pompeii nomine meo  
 se remouerat vt scitis Scipio. Propter dissentionē autē quę erat  
 in rep. alienatus est a collega nostro Metello. vtrūq; egit grauiter  
 atrocitate & offensione animi non acerba. **Q.** Quamobrem dan  
 da est primum opera: ne qua amicorum dissidia fiant. Sin tale aliā  
 quid euenierit: vt extinctę potiusq; oppressę amicitie esse videan  
 tur: tunc etiam cauendum est: ne in graues inimicias amicitie se  
 conuertant: ex quibus iurgia: maledicta: contumelię gignuntur.  
**Q.** Quę tamen si tolerabiles erunt: ferendę sunt: & hic honos veteri  
 amicitie tribuendus est: vt is in culpa sit qui faciat: non is qui pa  
 tiatur iniuriam. Omnino horum omnū vitiorum atq; incōmō  
 dorū vna cautio est: atq; vna prouisio: vt ne nimis cito diligere in  
 cipiat: neue non dignos. Digni autē sunt amicitia: quibus in est ip  
 sis causa cur diligantur. Rarū genus: & quidem omnia preclara ra  
 ra. Nec quicq; difficillius: q̄ recipere quod sit omni ex parte in ge  
 nere: suo perfectum. Sed pleriq; neq; in rebus inanis quicq;  
 bonum uorunt: nisi quod fructuosum est: & amicos tanq; pecu  
 des eos potissimum diligunt: a quibus se sperant maximū fructū  
 esse capturos. Itaq; pulcherrima illa & maxie naturali carent ami  
 citia per se & propter se expetenda. Nec ipsi sibi exēplo sunt: hęc  
 vis amicitie & qualis & quanta sit. ipse em̄ se quisq; diligit: nō vt

aliquam a seipso exigat mercedē charitatis suæ: sed q̄ per se quis  
 q̄ charus sibi est. Quod nisi idē in amicitiam transferatur: verus  
 amicus nunquam reperietur. Est em̄ is quidē tanquā alter idem.  
 Quod si hoc apparet in bestiis. volucris: natatibus. cicuribus.  
 agresibus. feris: primum vt se diligant: id enim pariter cum om̄  
 ni animāte nascitur: deinde vt requirāt appetantq; aliquas ad quas  
 se applicent eiusdem generis animantes: idq; faciūt cum deside  
 rio & cum quadam similitudine amoris humani: quāto id magis i  
 homine fit natura: qui & se ipse diligit: & alterum acquirat: cuius  
 animum ita cum suo misceat: vt efficiat pene vnum ex duobus.  
 Sed pleriq; peruerse: ne dicam ipudenter habere talem amicum  
 volunt: quales ipsi esse non possunt: quęq; ipsiam non tribuunt  
 amicis: hęc ab iis desiderant. Par est autē primum ipsum esse vi  
 rum bonum: tum alterum sui similem querere. In talibus enī vi  
 ris ea quam dudum tractauimus stabilitas amicitiaē cōfirmari po  
 test: cum homines beniuolētia cōiuncti primum cupiditatibus iis:  
 quibus cæteri seruiunt iperabūt: deinde iusticia: æquitateq; gaude  
 bunt: omniaq; alter pro altero suscipiet: nec quicq; nisi honestū  
 & rectum alter ab altero postulabit: neq; solum colent se iter se ac  
 diligēt: sed etiam verebūtur. Nam maximum ornamentum ami  
 citiaē tollit: qui ex ea tollit verecūdiam. Itaq; perniciosus error est  
 in iis: qui existimant libidinum peccatorumq; omnium patere in  
 amicitia licentiam. Virtutum amicitia adiutrix natura data est:  
 non vitiōrū comes: vt quoniam solitaria non posset virtus ad ea:  
 quę summa sunt peruenire: coniuncta & sociata cum altera per  
 ueniret. Quę si inter quos societas aut est: aut fuit: aut futura est:  
 eorum est habendus ad summum naturæ bonum optimus beas  
 tissimusq; comitatus: hæc est in quā societas: in qua omnia sunt:  
 quę putant homines expetenda. honestas. gloria. tranquillitas  
 animi atq; iucunditas: vt etiam cum hęc adsunt: beata vita sit: & si  
 ne iis esse non possit. Quod cum optimū maximūq; sit: si id vo  
 lumus adipisci: virtuti opera dāda est: sine qua nec amicitiam nec  
 vllam rem expetendā consequi possumus. Ea vero neglecta qui  
 se amicos habere arbitrātur: tum se deniq; errasse sentiunt: cū ali  
 quis grauis casus experiri cogit. Quocirca etiam sep̄ius dicendū  
 est: cum iudicaris: diligere oportet: non cum dilexeris: iudicare.  
 Sed cū multis in rebus negligentia plectimur: tum maxime in ami

nis & diligendis & colēdis. Præposteris em̄ utimur consiliis: & acta  
 agimus: quę vetamur veteri proverbio. Nā iplicati vltro & citro  
 vel vsu diuturno vel etiā officiis: repente in medio cursu amicitias  
 exorta aliqua offēsiōe dirūpimus. Quo etiā magis vituperāda  
 est rei maxime necessarię tāta incuria. Vna est em̄ amicitia in rebꝫ  
 humanis: de cuiꝫ vtilitate oēs vno ore cōsentiūt: quamquā a mul  
 tis ipsa virtꝫ cōtemnūt: & vēditatio quędā atq; ostētatio esse dici  
 tur. Multi diuitias despiciūt: quos paruo cōtētos tenuis victꝫ cul  
 turq; delectat. Honores vero quorū cupiditate qdam inflammā  
 tur: q̄ multi ita contemnūt: vt nihil inanius: nihil esse leuiꝫ existi  
 ment. Itēq; cętera q̄ qbusdā admirabilia vidētur: p̄ multi sunt qui  
 pro nihilo putēt. De amicitia vero oēs ad vñū idē sentiūt: & si qui  
 ad remp. se cōtulerūt: & si q cognitiōe rerū doctrinaq; delectātur:  
 & si qui suū negociū gerūt ociosi. Postremo ii q se totos voluptatē  
 bus tradiderūt: sine amicitia vitā esse nullā sentiūt: si modo velint  
 aliqua ex parte liberaliter viuere. Serpit em̄ nescio quō per om  
 niū vitas amicitia: nec vllam ætatis degēde rationem patitur  
 esse expertem sui. Quin etiā si asperitate ea est aliquis & inhu  
 manitate naturæ: vt congressus hominum fugiat atq; oderit so  
 cietatem: qualem fuisse Athenis Timonem nescio quem accepis  
 mus: tamen is pati non posset: quin acquirat aliquem: apud quē  
 euomat virus acerbū suæ. Atq; hoc maxime iudicaretur: si  
 quid tale posset contingere: vt quis deus nos ex hac hominum  
 frequentia tolleret: & in solitudinem vsq; collocaret: atq; ibi  
 suppeditans omnium rerum quas natura desiderat abundantia  
 & copiam: hominis vero omnino aspiciendi potestatem eriperet:  
 quisnam esset tam ferus qui eam vitam ferre posset: cuiq; nō au  
 ferret fructum voluptatum omnium solitudo. Verū igitur illud  
 est: quod a Tarentino Archita vt opinor: dici solitum nostros se  
 nes commemorare audiui ab aliis senibus auditum: si quis in cę  
 lum ascendisset: naturamq; mundi & pulchritudinem syderum  
 prospexisset: insuauem illam admirationem ei fore: quę iucun  
 dissima fuisset: si aliquem cui ea narraret habuisset. Sic natura ni  
 hil solitariū amat: semperq; ad aliquid tanquam administrandum  
 admittitur: quod in amicissimo quoq; dulcissimum est. Sed cū tot  
 signis eadem natura declaret: quid velit: inquirat: & desideret: ta  
 menti obsurdēscimus nescio quo modo: nec ea de quibus monē

mur audimus. Est enim varius & multiplex vsus amicitia: multaeque causae suspicionumque dantur: quas tum euitas re tum eleuare tum ferre sapientis est. Vna illa subleuanda est offensio: vt & utilitas in amicitia & fides retineatur. Nam & monendi amici saepe sunt: & obiurgandi: & haec accipienda sunt amice: cum beniuole fiunt. Sed nescio quomodo verum est: quod in Andria familiaris meus dicit: Obsequium amicos: Veritas odium parit. Molesta veritas est: siquidem ex ea nascatur odiū: quod est venenum amicitiae. Sed obsequiū est multo molestius: quod peccatis indulgens praecipitem amicum ferri sinit. Maxima aut culpa est in eo: qui & veritatem aspernatur: & in fraudē obsequio impellitur. Omnigigitur hac in re habenda ratio & diligentia est. Primum vt monitio acerbitate: deinde vt obiurgatio contumelia carcat. In obsequio aut: quoniam Terentiano verbo libenter vtimur: comitas adsit: assentatio vitiorum adiutrix procul amoueat: quae non modo amico sed ne libero quidem homine digna est. Aliter enim cum tyranno: aliter cum amico viuatur. Cuius autem aures veritati clausae sunt: vt ab amico verum audire nequeat: huius salus desperanda est. Scitum est enim illud prouerbium Catonis. Multo melius de quibusdam acerbos inimicos mereri: quam eos amicos qui dulces videantur. illos verum saepe dicere: hos nunquam. Atque illud absurdum est: quod dum monentur: eam molestiam quam debent capere: non capiunt. eam qua debent vacare capiunt. peccasse enim non aguntur: obiurgari moleste ferunt. Quod contra oportebat: delicto dolere: obiurgatione gaudere. Vt igitur & monere & moneri proprium est verae amicitiae: & quidem alterum libere facere non aspere: alterum patienter accipere non repugnanter: sic habendum est nullam in amicitia esse pestem maiorem quam adulationem: blanditias: assentationem: quam multis nominibus est hoc vitium notandum lenium hominum atque fallacium ad voluptatem omnia loquentium: nihil ad veritatem: Cum autem omnium rerum simulatio vitiosa est: tollit enim iudicium veri idque adulterat: tum amicitiae repugnat maxime. Delet enim veritatem: sine qua nomen amicitiae manere non potest. Nam cum amicitiae ius sit in eo: vt vnus quasi animus sit at ex pluribus: quod id fieri poterit: si ne in vnoquoque quod vnus animus erit: idemque semper: sed varius commutabilis multiplex. Quid enim potest esse tam flexibile tam deuinum quam animus eius.



qui ad alterius non modo sensum atq; voluntatem: sed etiam vul-  
 tum atq; nutum conuertitur? Negat quis: nego. ait: aio. postremo  
 iperavi egomet mihi omnia assentari: vt ait idem Terentius. sed  
 ille in Gnatonis persona: quod amicicic genus adhibere omnino  
 leuitatis est. Multi autē Gnatonum similes sunt cum loco. fortu-  
 na. fama superiores sunt. Horum est assentatio molesta: cū ad va-  
 nitatem accessit auctoritas. Secerni autē blandus amic⁹ a vero &  
 interno sci tam pot est adhibita diligentia: quā omnia fucata & si-  
 mulata a sinceris & veris. Concio quę ex iperitissimis constat: ta-  
 men iudicare solet: quid iter sit iter popularem idest assentatorē  
 & leuem ciuem: & iter constantem & seuerum & grauem. Quib⁹  
 blanditiis. C. Papyrius consul nuper isuebat i aures concionis:  
 cum ferret legem de. Tr. pl. reficiēdis. dissuasim⁹ nos. Sed nihil de  
 me: de Scipione autem dicam libentius. Quanta illi o dū imorta-  
 les fuit grauitas! quanta in oratione maestas! vt facile ducem po-  
 puli. Ro. non comitem diceres. Sed o Sceuola & Fanni affuistis &  
 in manibus est oratio. Itaq; lex popularis suffragiis populi repu-  
 diata est. Atq; vt ad me redeam meministis. Q. maximo fratre Sci-  
 pionis & L. Mācino Consulibus quam popularis lex de sacerdo-  
 tiis. C. Licinii Crassi videbatur. Cooptatio enim collegiorum ad  
 populi beneficium transferebatur. Atq; is primum instituit in fo-  
 rum versibus agere cum populo. Tamen illius vendibilem oratio-  
 nem religio deorum immortalum nobis defendentibus facile vin-  
 cebat. Atq; id actum est pretore me qui quennio antequā consul  
 factus sim. Ita re magis quā summa auctoritate illa causa defesa ē.  
 Quod si in scēna vel inconcione in qua rebus fictis & adum bra-  
 tis loci plurimū est: tamen verum valet: si modo id patefactū & il-  
 lustratum est: quid in amicicia fieri oportet: quę tota veritate per-  
 penditur: in qua nisi vt dicitur: apertū pectus videas: totūq; osten-  
 das: nihil fidum nihil exploratum habeas. Nec amare qdem aut  
 amari possis: cū id quā vere fiat ignores. Quamquā ista assentatio  
 quamuis perniciosa sit: nocere tamē nemini potest: nisi et qui eas  
 recipit: atq; illa delectatur. Ita fit vt is assentationibus patefaciat  
 aures suas maxime: qui ipse sibi assentetur: & sese maxime ipse de-  
 lectet. Omnino est amans sui virtus. Optime enim seipsam nouit:  
 quāq; amabilis sit: itelligit. Ego autem non de virtute loquar: sed  
 de virtutis opinioē. Virtute enim ipsa nō tam multi p̄diti esse q̄

videri volunt. Hos delectet assentatio: iis fictus ad ipsorum voluntatem sermo cum adhibetur: orationem illam vanam testimonium esse laudum suarum putant. Nulla est igitur hæc amicitia: cum alter verum non vult: alter ad mentendum paratus est. Nec parasitorum nobis assentatio in comædiis faceta videretur: nisi essent milites gloriosi. Magnas vero agere grâs Thais mihi? satis erat respondisse magnas. ingentes inquit. Semper auget assentator id quod is ad cuius voluntatem dicitur: vult esse magnum. Quas obrem quamquam ista blanda vanitas apud eos valet: qui ipsi illam allecant & inuitant: tamen etiam grauiores constantioresq; admonendi sunt vt animaduertant: ne callida assentatione capiuntur. Aperte enim adulatorem nemo non videt nisi qui est admodum excors. Callidus ille & occultus ne se in sinuet: studiose cauedum est. Neq; enim facillime agnoscitur: quippe qui etiam aduersando sæpe assentetur: & litigare se simulans blandiatur: atq; ad extremum det manus: vinciq; se patiat: vt is qui illusus sit: plus vicisse videatur. Quid autem turpius quam illud? Quod ne accidat magis cauedum est: vt in epicureo si me hodie ante omnes amicos meos stultos senes versaris atq; illuseris lautissime. Hec eni & in fabulis stultissima est persona improvidorum & credulorum senum. Sed nescio quo pacto ab amicis perfectorum hominum & sapientum de hac dico sapientia que videtur in hominem cadere posse: ad leues amicitias defluxit oratio. Quomobrem ad illam primam redeamus: eamq; ipsam concludamus aliquando. Virtus inquam. C. Fanni. & tu o. Q. Muti Sæuola & concillat amicitias: & conseruat. In ea enim est convenientia rerum & morum. In ea est stabilitas. In ea est constantia. que cum extulit se: & ostendit suum lumen: & idem conspexit: agnouitq; in alio: ad id se admouet: vicissimq; accipit illud quod in altero est. Ex quo exardescit siue amor siue amicitia: vtrumq; eni ductum est ab amando. Amare autem nihil est aliud: nisi eum ipsum diligere quem ames nulla indigentia: nulla vtilitate quesita: que tamen ipsa florescit ex amicitia: etiam si tu eam minus sis secutus. Hac nos adolentes beniuolentia senes illos. L. Paulum. M. Catonem. C. Gallum. P. Nasicam. T. Gracchum Scipionis nostri focerum dileximus. Hæc etiam magis elucet inter æquales: vt inter me & Scipionem. L. Furium. P. Rutilium. Spurium Mumium. Vicissim

antem senes in adolescentium charitate acquiescimus: vt in vestra & Q. Tuberonis equidem etiam admodum adolescentis. P. Rutilii & A. Virginii familiaritate delector. Quoniam ita comparata est ratio vitę natureq; nostrę: vt alia ætas oriatur ex alia: maxime quidem optandum est vt cum æqualibus possis viuere qui buscum tanquã e carceribus emissus sis. cum iisdem ad calcem: vt dicitur peruenire. Sed quoniam res humane fragiles caduceq; sunt: semper aliqui acquirendi sunt: quos vere diligamus & a quibus diligamur. charitate enim beniuolentięq; sublata: omnis est e vita sublata iucunditas. mihi quidem Scipio quamquam est subito ereptus: viuit tamen viuetq; semper. virtutem enim amauit illius viri: quę extincta non est. Nec mihi soli versatur ante oculos: qui illam semper in manibus habuit: sed etiam posteris erit clara & insignis. Nemo vnquam animo aut spe maiora suscipiet: qui si bi non illius memoriam atq; imaginem præponendam putet. Equidem ex omnibus rebus quas mihi aut natura tribuit aut fortuna: nihil habeo quod cum Scipionis amicicia possim comparare. In hac mihi de republica consensus. In hac rerum priuatarum consilium. In hac eadem requies plena delectationis fuit. Nunquam illum ne in minima quidem re quod senserit offendit. Nihil quoq; ex ipso audiui: quod nollem. Vna domus erat: idem victus: isq; communis. Neq; solum militia: sed etiam peregrinationes rusticationesq; fuere communes. Nam quid ego dicam de studiis cognoscendi semper aliquid atq; discendi: in quibus remoti ab oculis populi omne ocium tempusq; contriuimus. Quarum rerum recordatio atq; memoria si vna cum illo occidisset: desiderium coniunctissimi atq; amantissimi viri ferre nullo modo possem. Sed nec illa extincta sunt: alunturq; potius & augentur cogitatione & memoria mea: & si illis plane orbatus essem: magnum tamen afferret mihi solatium ætas ipsa. diutius enim iam in hoc desiderio esse non possum. Omnia enim breuia tolerabilia esse debent: etiam si magna sint. Hęc habuere amicicia quę dicerem. Vos autem hortor: vt ita vitam locetis: sine qua amicicia esse non potest: vt ea excepta nihil amicicia præstabilius putetis.

Explicitus liber de amicicia.

SOMNIUM SCIPIONIS EX CICERONIS  
LIBRO SEXTO DE RE PUBLICA.

Loquitur scipio.



Um in Africam venissem a Manilio consule ad quar-  
tam legionem tribunus ut scitis militum: nihil mihi fuit  
potius: quam ut Masinissam conuenirem Regem fami-  
liarum nostrarum iustis de causis amicissimum. Ad quem ut ve-  
ni: complexus me senex collachrymauit aliquantum.  
Post suspexit ad celum: & grates inquit tibi summe sol ago: vobis  
& reliquis celites: & antequam ex hac vita migro: conspicio in meo  
regno & in his tectis. P. Cornelium Scipionem. Cuius ego no-  
mine ipse recreor: ita nunquam ex animo meo discessit illius op-  
timum atque inuitissimum viri memoria. Deinde ego illum de regno  
suo: ille me de nostra republica percunctatus est: multisque verbis  
vltro citroque habitis ille nobis consumptus est dies. Post autem  
regio apparatu accepti sermonem in multam noctem produxi-  
mus: cum senex nihil nisi de Africano loqueretur: omniaque non  
solum eius facta: sed etiam dicta meminisset. Deinde ut cubitum  
discessimus: me & de via & quia ad multam noctem vigilassem:  
arctior quam solebat somnus complexus est. Hic ergo mihi cre-  
do equidem ex hoc quod eramus locuti: fit enim fere: ut cogita-  
tiones sermonesque nostri pariant aliquid in somno tale: quale de  
Homero scribit Ennius: de quo videlicet sepiissime vigilans sole-  
bat cogitare & loqui: Africanus se ostendit ea forma: quae mihi  
ex imagine eius quam ex ipso notior erat. Quem ut agnouit: equi-  
dem cohorrui. Sed ille ades inquit animo: & omittite timorem Sci-  
pio: & quae dicam memoriae trade. Vides ne illam urbem: quae pa-  
tere reipublice coacta per me renouat pristina bella: nec potest  
quiescere? Ostendebat autem Carthaginem de excelso & ple-  
no stellarum illustri & claro quodam loco: ad quam tu oppu-  
gnanda nunc venis pene miles. Hanc hoc biennio consul euer-  
terit: tibi id cognomen per te partum: quod habes adhuc heredita-  
rium a nobis. Cum autem Carthaginem deleueris: triumphum egeris:  
caesoresque fueris: & obieris legatus Aegypti: Syria: Asia: Graeciaeque:

deligere iterum consul absens: & bellum maximum conficies. Numantiam excindes. Sed cum eris curru in capitolium inuectus: offendes rempublicam perturbatam consiliis nepotis mei. Hic tu Africane offendas oportebit patriæ lumen animi ingenii consiliiq; tui. Sed eius temporis ancipitem video quasi fatorum viam. Nam cum ætas tua septenos octies solis anfractus reditusq; conuerterit: duosq; hi numeri quorum uterq; plenus: alter altera de causa habetur: circuitu naturali summam tibi fatalem conferint: in te vnum atq; in tuum nomen se tota conuertet ciuitas. Te senatus. te omnes boni. te socii. te latini intuebuntur. Tu eris vnus in quo nitatur ciuitatis salus. Ac ne multa: dictator remp. constituas oportet: si impias propinquorum manus effugeris. Hic cum exclamauisset Lelius: ingemissentq; cæteri vehemētius: leniter arridēs Scipio: quæso inquit ne me a somno excitetis: & pax sit rebus. Audite cætera. Sed quo sis Africane alacrior ad tutandam rempublicam sic habeto. Omnibus qui patriam cōseruauerint: adiuerint: auxerint: certum esse in celo definitum locum: vbi beati sempiterno æuo fruuntur. Nihil est ergo illi principi deo: qui omnem mundum regit quod quidem in terris fiat acceptius: quam consilia cœtusq; hominum iure sociati: quæ ciuitates appellantur. Harum rectoris & cōseruatores hinc profecti: huc reuertuntur. Hic ego etsi eram perterritus non tam mortis metu quàm insidiarum a meis: quæsiui tamen viueret ne ipse & pater Paulus: & alii quos nos extinctos arbitrabamur. Immo vero inquit in viuunt: qui e corporum vinculis tanquam e carcere euolauerunt. Vestra vero quæ dicitur vita: mors est. Quin tu aspicias ad te venientem patrem Paulum. Quem vt vidi: equidem vim lachrymarum profudi. Ille autem me complexus atq; osculans flere prohibebat. Atq; ego vt primum fletu represso loqui posse cœpi: quæso inquam pater sanctissime atq; optime: quoniam hæc est vita: vt audio Africanum dicere: quid moror in terris: quin huc ad vos propero venire: Nō est ita inquit ille. Nisi em̄ cū deus is: cuius hoc templum est omne quod conspicias: istis te corporis custodiis liberauerit: huc tibi aditus patere non potest. Homines enim sunt hac lege generati: qui tuerentur illum globum: quem in hoc templo medium vides: quæ terra dicitur: hisq; animus datus est ex illis sempiternis ignibus: quæ sydera & stellas vocatis:

quæ rotundæ & globosæ diuinis animæ mentibus circulos suos  
orbescq; conficiunt celeritate mirabili. Quare & tibi Publi & piis rubigi  
omnibus retinendus animus est in custodia corporis. Nec iniussu dactyl  
eius: a quo ille est nobis datus est hominū vita migrandum est: ne

*corp* munus humanū assignatum a deo defugisse videamini. Sed sic Sci  
pio: vt auus hic tuus & vt ego qui te genui: iusticiā cole & pietatē:  
quæ cū magna in parētibus & propinquis tū in patria maxia est.

*facto* Ea vita via est in cælū & in hunc cœtū: eorū qui iā vixerunt: & cor  
pore laxati illū incolunt locum: quem vides. Erat autē is splendidis  
fimo candore inter flammās elucens circulus: quem vos vt a gra us pat

*uana* *u* accepistis: orbem lacteum nūcupatis: ex quo omnia mihi cōte z bel  
planti præclara certe & mirabilia videbātur. Erāt autem eæ stelle tio  
quas nunquā ex hoc loco vidimus: & eæ magnitudines omnium

quæ vltima a cælo citima terris luce lucebat aliena: Stellarū autem y p p o  
globi terræ magnitudinem facile vincebāt. Iā vero ipsa terra ita lam

*u d m* *o* mihi parua visa est: vt me imperiū nostrī: quo quasi punctū eius at  
tingimus: pœniteret. Quā cū magis intuerer: quæso inquit Afri  
canus: quousq; humi defixa erit tua mens? Nonne aspicias quæ in cama  
tēpla veneris? Nouem tibi orbibus vel potius globis connexa sūt

omnia: quorū vnus est cælestis extim⁹: qui reliquos complectitur.  
ois summus ipse deus arcens & continens ceteros: in quo sunt i

fixi illi qui voluntur stellarū cursus sempiterni: cui subiecti septē:  
qui versantur retro contrario motu atq; cælum. E quibus vnū glo

būm possidet illa q̄ in terris Saturniā nomināt. Deinde hominū  
generi prosperus & salutaris ille fulgor: qui dicitur Iouis: tum ru

tilis horribilissq; terris: quem Martem dicitis. Deinde subter me  
diā fere regionem Sol obtinet dux & princeps & moderator lumī

num reliquorū mens mundi & temperatio: tanta magnitudine: vt  
cuncta sua luce compleat & lustret. Hūc vt comites consequuntur

Veneris alter: alter Mercurii cursus. In infimoq; orbe Luna ra  
diis solis succensa conuertitur. Infra autē iam nihil est: nisi morta

le & caducum præter animos munere deorum hominum gene  
ri datos. Supra lunam sunt æterna omnia. Nam ea quæ est mediā

& nona tellus: neq; mouetur: & infima est: & in eam feruntur om  
nia nutu suo pondera. Quæ cum intuerer stupens: vt me recepī:

quid inq; est qui complet aures meas tantus & tam dulcis son⁹?

De somnio scipionis.

Hic est inquit ille: qui interuallis coniunctis imparibus: sed tamē pro rata parte ratione distinctis impulsu & motu ipsorum orbium conficitur. & acuta cum grauibus temperas varios equabiliter concentus efficit. Nec enim silentio tantū motus incitari possunt: & natura fert vt extrema ex altera parte grauetur: ex altera autem acute sonetur. Quam ob causam summus ille stellarifer cæli: cuius conuersio concitator est: acuto & excitato mouetur sono grauissimo autem hic lunaris atq; infimus. Nam terra nona immobilis manēs in a sede semper heret complexa medium locum mundi. Illi autem octo cursus: in quibus eadem vis est modorum: septem efficiunt distinctos interuallis sonos: qui numerus rerū omnium fere nodus est. quod docti homines neruis imitati atq; cantibus aperuerunt sibi reditum in hunc locū: sicut alii qui prestantibus ingeniis in vita humana diuina studia coluerunt. Hoc sonitu completa aures hominum obsurduerūt. Nec est vllus hebetior sensus in vobis: sicut vbi Nilus ad illa quæ Catadupa nominantur: precipitat ex altissimis montibus: gens quæ illum locum accolit propter magnitudinem sonitus sensu audiendū caret. Hic vero tantus est totius mundi sonitus incitatis sima conuersione: vt eum aures hominum capere non possint: sicut intueri solem aduersum nequitis: eiusq; radiis acies vestra sensusq; vincitur. Hęc ego admirans referebam tamen oculos ad terram identidem. Tunc Africanus sentio inquit te sedem etiam nunc hominum ac domum contemplari: quę si tibi parua vt est ita videtur: hæc cælestia semper spectato: illa humana contemnit. Tu enim quam celebritatem sermonis hominum aut expectandam consequi gloriam potes? Vides habitari raris & angustis in locis: & in ipsis quæ maculis: vbi habitatur: vastas solitudines interiectas: hosq; qui incolūt terrā nō modo interruptos ita esse: vt nihil inter ipsos ab aliis ad alios manere possit: sed partim obliquos: partim transuersos: partim omnes aduersos stare vobis: a quibus spectare gloriam certe nullam potestis. Cernis autem eandem terram quasi redimitam & circūdatam cingulis: e quibus duos maxime inter se diuersos & ipsis verticibus celi ex vtraq; parte subnixos obriguisse pruina vides. Medium autem illum & maximum solis ardore torrerī. Duo sunt habitabiles: quorum australis ille in quo qui insistūt aduersa vobis vrgēt vestigia: nihil ad vā gen?

Hic autem alter subiectus Aquiloni cerne quam tenui vos parte  
 cōtingat. Omnis autem terra que colitur a vobis: angustata ver-  
 ticibus. lateribus latior. parua quedam insula est circūfusa illo ma-  
 ri quod Atlanticum: quod magnū: quod Oceanū appellatis in te-  
 rris: qui tamē nomine quam sit paruus vide. Ex his ipsīs cultis  
 notisq; terris num aut tuum: aut cuiusquam nostrum nomē vel  
 Caucasum hunc quem cernis transcendere potuit: vel illum Gā-  
 gem tranatare? Vel quis in reliquis orientis aut abeūtis solis vlti-  
 mis aut Aquilonis austriue partibus tuū nomen audiet? Quibus  
 amputatis cernis profecto quātis in angustiis vestra se gloria dila-  
 tari velit. Ipsi autem qui de vobis loquūtur: quam loquētur diu?  
 Quin si cupiat proles illa futurorū hominū deinceps laudes vni  
 uscuiusq; nostrum a patribus acceptas posteris prode: tamē pro-  
 pter eluiones exustionesq; terrarū: quas accidere tempore cer-  
 to necesse est: nō modo non æternam sed ne diuturnam quidem  
 gloriam assequi possumus. Quid enim interest ab his qui postea  
 nascentur sermonem fore de te: cum ab his nullus fuerit qui ante  
 te nati sunt: qui nec potiores & certe meliores fuerunt viri: præ-  
 fertim cum apud eos ipsos a quibus audiri nomen nostrum po-  
 test: nemo vnus anni memoriam consequi possit? Homines  
 autem annum tantum solis id est vnus astri reditum metiuntur.  
 Cum ad idem autem vnde semel profecta sunt cuncta astra redie-  
 rint: eandemq; totius cæli descriptionem longis interuallis re-  
 tulerint: tunc ille vere vertens annus appellari potest: in quo vix  
 dicere audeo quam multa hominum sæcula teneantur. Namq;  
 vt olim sol deficere hominibus extinguiq; visus est: cum Romu-  
 li animus hæc ipsa in templa penetrauit: quandoq; ab eadem  
 parte sol eodemq; tempore iterum defecerit: tum signis omni-  
 bus stellisq; ad principium reuocatis expletum annum habeto.  
 Cuius quidem anni non dum vicesimam partem scito esse con-  
 uersam. Quocirca si reditum in hunc locum desperaueris: in  
 quo omnia sunt magnis & præstantibus viris: quanti tandem  
 est gloria hominum: quæ pertinere vix ad vnus anni par-  
 tem exiguam potest? Igitur alte spectare si voles: atq; hand se-  
 dem & æternam domum contueri: neq; te sermonibus vul-  
 gi dederis: nec in præmiis humanis spem posueris rerum tua-  
 rum: suis te illecebris oportet ipsa virtus trahat ad verum decus.



Quid de te alii loquantur ipsi videat: sed loquentur tamen. Ser-  
 mo enim ille omnis & angustis cingitur his regionū quas vides.  
 Nec vnq̄ de ylo perennis fuit: & obruitur hominum interitū: &  
 obliuione posteritatis extinguitur. Quē cum dixisset: ego vero  
 inquā Africane si quidē bene meritis de patria quasi limes ad cœ-  
 li aditū patet: quāq̄ a pueritia vestigiis ingressus patris & tuis de-  
 cori vestro non defui: nunc tamen premio tanto proposito eni-  
 tar multo vigilantius. Et ille. Tu vero enitere & te habeto non eē  
 mortale: sed corpus hoc. Nec enī tu is es: quē forma ista declarat:  
 sed mens cuiusq̄ is est quisq̄ non ea figura: quē digito demōstra-  
 ri potest. Deū te igitur scito esse: si quidē est deus: q̄ viget: q̄ sentit:  
 q̄ meminit: q̄ prouidet: qui tā regit & moderatur & mouet id cor-  
 pus: cui prepositus est: q̄ hunc mundū ille princeps deus. Et ut ip-  
 sum mundum ex quadā parte mortalem ipse deus eternus: sic fra-  
 gile corpus animus sempiternus mouet. Nam quod semper mo-  
 uetur: eternū est. quod autem motum affert alicui quodq̄ ipsū  
 agitur aliunde quando finem habet motus: viuendi finem ha-  
 beat necesse est. Solum igitur quod se mouet: quia nunq̄ deserit-  
 tur a se: nunq̄ nesci moueri quidē desinit. Quin etiā ceteris quæ  
 mouentur: hic fons hoc principium est mouendi. Principio autē  
 nulla est origo. Nam ex principio oriuntur omnia. ipsum autem  
 nulla ex re alia nasci potest. Nec enim id esset principium quod ge-  
 neretur aliunde. Quod si nunq̄ oritur: nec occidit quidē vnq̄.  
 Nam principium extinctū nec ipsum ab alio renascetur: nec ex se  
 aliud creabit: si quidem necesse est a principio oriri omnia. Ita  
 fit vt motus principium ex eo sit: quod a se ipsum mouetur. Id au-  
 tem nec nasci potest nec mori: uel concidat omne cœlum omnif-  
 q̄ natura consistat necesse est: nec vlm vllā nanciscatur: qua a pri-  
 mo impulsu moueatur. Cum pateat igitur id eternū esse: quod  
 a seipso moueatur: quis est qui hanc naturā animis esse tribuat  
 neget? Inanimatum vel inanimū autē est omne: quod pulsu agita-  
 tur externo. Quod enī est anima: id motū dicitur interiore & suo.  
 nam hæc est propria natura animæ atq̄ vis. Quē si ē vna ex om-  
 nibus quē sese moueat: neq̄ nata certe est: & æterna est. Hanc tu  
 exerce optimis in rebus. Sunt autē hæc optimæ cure de salute pa-  
 triæ: quibus agitatus & exercitatus animus velocius in hanc ses-  
 dem & domum suam peruolabit. Idq̄ ocyus faciet: si iam tum quæ

inclusus erit in corpore: eminebit foras: & ea quæ extra erunt cōtemplans quā maxime se a corpore extrahet. Namq; eorum animi: qui se voluptatib; corporis dederūt: earumq; se quasi ministros præbuerunt: impulsuq; libidinū voluptatib; obedientium deorum & hominum iura violauerunt: corporibus elapsi circum terram ipsam volutantur: nec hunc in locum nisi multis exagitati sæclis reuertuntur. Ille discessit. ego de somno solutus sum.

M. T. C. PARADOXA SEPTEM.  
AD. M. BRVTVM.

a Nimaduerti Brute sepe. M. Catonē auunculū tuum: cum in senatu sententiā diceret: locos graues ex philosophia tractare abhorrentes ab hoc vsu forensi & publico. Sed dicendo consequi: tamen: vt illa etiam probabilia populo viderentur. Quod eo maius est illi q̄ aut tibi aut nobis: quia nos ea phisophia plus vtimur: quæ peritibendi copiam: & in qua dicuntur ea: quæ non multum discrepant ab opinione populi. Cato autem perfectus mea sententiā Stoicus & ea sentit: quæ non sane probantur in vulgus: & in ea est heresi: quæ nullum sequitur florem orationis: neq; dilatat argumētum: sed minutis interrogatiūculis quasi punctis quod proposuiste efficit. Sed nihil est tam incredibile: quod non dicendo fiat probabile. Nihil tam horridum: tam incultum: quod non splendescat oratione & tanq; excolatur. Quod cum ita putarem: feci & audacius q̄ ille ipse de quo loquor. Cato em̄ dumtaxat de magnitudine animi: de continentia: de morte: de omni laude virtutis: de diis immortalibus. de charitate patriæ Stoice solet oratoris ornamentis non adhibitis dicere. Ego vero tibi illa ipsa: quæ vix in gymnasijs & in ocio Stoici probāt: ludens cōieci in cōmunes locos. Quæ quia sunt admirabilia: contraq; opinionem oīm: ab ipsis etiam Paradoxa appellantur: Tentare volui: possent ne in lucem proferri: & ita dici vt probarentur: an alia quedā esset erudita: alia popularis oratio. Eoq; hos locos scripsi libentius q̄ mihi ista Paradoxa quæ appellatur: maxime videntur esse Socratica longeq; verissima. Accipies igitur hoc paruū opusculū lucubratū his iam cōtractionibus noctis

bus quā illud maiorū vigiliarū mun⁹ in tuo nomine apparuit : & degustabis hoc genus mearū exercitationū : quib⁹ vt̄ consueui : cū ea quę dicūtur in scholis ἑστικα : ad nostrū hoc dicēdi oratoriū transfero genus. Hoc tamē opus vt̄ in apertū proferas : nihil postulo non em̄ est tale : qđ reponi possit : quasi illa Minerva Phidie : sed tamen vt̄ ex eadē officina exiisse appareat .

Paradoxum primum . ΟΤΙ μόνος ὁ καλὸν ἀγαθόν.

**T**ereor : ne cui vestrū ex Stoicorū hoīm disputationib⁹ : non ex meo sensu deprōpta hec videatur oratio . Dicā tñ quod sentio & dicā breui⁹ : qđ tanta res dici possit . Nūqđ ego hercle neq; pecunias istorū : neq; testa magnifica : neq; opes : neq; iperia : neq; eas quibus maxie astricti sunt : voluptates in bonis reb⁹ aut expetendis esse dixi . Quippe cū videre hoies rebus his circūfluentes : ea tñ desiderare maxime quibus abūdarēt . neq; enim expletur vnq; nec satiatur cupiditatis sitis : neq; solū ea q̄ habet augendi libidine cruciantur : sed et̄ amittendi metu . In quo eadē contētissimorū hoīm maiorū nostrorū sepe requiro prudentiā : q̄ hec imbecilla & cōmutabilia pecunię mēbra solo verbo bona putauerūt appellāda : cū re ac factis longe aliter iudicassent . Pōt ne bonū cuiq; malo esse : aut pōt quisq; in abundātia bonorū eē non bon⁹ ? Atqui oīa ista talia videm⁹ : vt̄ et̄ improbi habeāt : & absint probis . Quāobrē licet irrideat si qs vult : plus apud me tñ vera ratio valebit : qđ vulgi opinio . Neq; ego vnq; bona pdidisse dicā : si qs pecus aut supellectilē amiserit . Necnō sepe laudabo sapientē illū Biantē vt̄ opinor qui numeratur inter septē cuius cū patriā Priēnē cepisset hostis : ceteriq; ita fugerēt : vt̄ multa de suis reb⁹ asportarēt : cū esset admonitus a quodā : vt̄ ipse idē faceret . Ego vero inqt̄ facio . Nam oīa mea mecū porto . Ille hec ludibria fortunę ne sua qđē putauit : quę nos appellamus etiā bona . Quid est igitur queret aliqs bonū ? Si quid recte sit & honeste & cū virtute id bene fieri & recte dicitur . Et qđ honestū & rectū & cū virtute est id solū opinor bonū . Sec hec videri possunt obscuriora : cū sine appositione exēploꝝ lentius disputantur . Vita atq; factis summorū viroꝝ hec illustranda sunt : q̄ verbis subtilius qđ satis est disputari videntur . Quēro em̄ a vobis nū vllā cogitationē habuisse videātur is : qui hęc rēp . tā preclare fundatam nobis reliquerunt : auri aut argenti ad auariciā : aut amenitatum ad delectatiōē : aut supellectilis ad delitiās : aut epularum ad

voluptates: Ponite ante oculos vestros vnū quēq; regum. Vultis a Romulo incipere: vultis post liberā civitatem ab iis ipsis qui eā liberauerūt: Quibus tandem gradibus Romulus ascendit in cœlum: usque que isti bona appellant: an rebus gestis atq; virtutibus? Quid Numa Pompilius: minus ne gratas diis immortalibus capedines ac fictiles vrnulas fuisse quā delicatas aliorū pateras arbitramur: Omitto reliquos. Sunt enim pares inter se oēs præter Tarquinium superbū: Brutum vero si quis roget: quid egerit in patria liberanda: Si quis item reliquos eiusdem consilii socios quid exoptauerint: quid secuti sint: nū quis existat: cui voluptas: cui diuitie: cui deniq; præter officium fortis & magni viri quicquid aliud propositum fuisse videatur: que res ad necē Porſenæ. Q. Mutium impulit sine vlla spe salutis sue: Quæ vis Horatium Coclitē contra oēs hostium copias tenuit in ponte solū: Que vis Decium patrem: Deciumq; filium deuouit: & imisit in armatas hostium copias: Quid continentia. C. Fabricii: Quid tenuitas victus Manii Curii sequatur: Quid duo pugnacula belli Punici: C. N. & P. Scipiones qui Carthaginensium aduentum corporibus suis intercludendū putauerunt: Quid Africanus maior: Quid minor: Quid inter horum ætates interiectus Cato: Quid innumerabiles alii: Nam domesticis abundamus exemplis. An putamus quēq; horū cogitasse quicquid in vita sibi esse expetendum: nisi quod laudabile esset: & preclarum videretur: Veniant igitur isti irrisores huius orationis ac sententię: & iam vel ipsi iudicent vtrum se horū alicuius: qui mar moreis testis ebore & auro fulgentibus: qui signis: qui tabulis: qui celato auro & argento: qui Corinthiis opibus abundant: an. C. Fabricii: qui nihil horum habuit: nihilq; habere voluit: se similes esse malint: Atq; si quidem hec que modo huc modo illuc transferuntur facile adduci solent: vt in bonis rebus esse negent. Illud tamen arcte tenet: accurateq; defendunt: voluptatē eē summū bonū: quę quędē mihi vox pecudū videtur eē nō hominū. Tu cū tibi siue deus siue mater: vt ita dicā oīm rerū natura dederit animū: quo nihil est præstantius neq; diuinus: sic te ipse abicies: atq; prosterne: vt nihil inter te atq; quadrupedē putes interesse: Quicquid ne bonum est: quod non eum qui id possidet: faciat meliorem: vt enim quisq; maxime boni particeps est: ita & laudabilis maxime. Neq; enim est vllum bonū de quo is qui id habeat honeste nō possit gloriari. Quid

aut est hoc in voluptate: Meliorē ne efficit aut laudabiliorē virū? An quisquā in potiūdis voluptatibus gloria se & predicatione effert? Atqui si voluptas: quę plurimorū patrociniis defenditur: in rebus bonis habenda non est: eaq; quo est maior eo magis mentem ex sua sede & statu dimouet: profecto nihil aliud est bene & beate viuere: nisi honeste & recte viuere.

Paradoxon secundū. ΟΤΙ ΑΥΤΑΡΚΗΣ Η ΕΥΔΑΙΜΟΝΙΑ ΠΡΟΣ ΑΡΕΤΗΝ.

**I**n quo virtus sit: ei nihil deesse ad beate viuendū. Neq; vero ego. M. Regulum ærumnosum: nec infœlicem: nec miserū vnquam putauī. Non enim magnitudo animi eius cruciabatur a pœnis: non grauitas: non fides: non constātia: non vlla virtus: non deniq; animus ipse: qui tot virtutū pręsidio munitus tātoq; comitatu septus: cū corpus eius caperetur: capi ipse certe nō potuit. C. vero mariū vidimus: qui mihi in secūdis rebus vnus ex fortissimis hoībus: in aduersis vnus ex summis viris videbatur: quo beatius mortali nihil esse potest. Nescis insane nescis quantas vires virtus habeat. nomen virtutis tantū vsurpas: quid ipsa valeat ignoras. Nemo potest non beatissimus esse qui est totus aptus ex sese: quiq; in se vno sua ponit omnia. Cui vero spes omnis & ratio & cogitatio pēdet ex fortuna: huic potest nihil esse certi: nihilq; quod exploratū habeat permansturū sibi diem vnū. eum tu hominem terreto: si quem eris nactus: istiusmodi mortis aut exiliū minis. Mihi vero quidquid acciderit in tam ingrata ciuitate ne recusanti qdem venerit: non modo non repugnāti. Quid enim ego laborauī: aut quid egī: aut in quo euigilaerūt curę & cogitationes meę: si quidem nihil peperī tale: nihil consecutus sū: vt in eo statu essem: quem neq; fortunę temeritas neq; inimicorū labefactaret iniuriā? Mortem ne mihi minitaris: vt omnis ab hominibus: an exiliū vt ab improbis demigrandū sit? Mors terribilis est iis: quorū cū vita oīa extingūtur: nō iis quorū laus ē mori non potest. Exiliū autē terribile iis quibus quasi circūscriptus est habitandi locus: non iis qui omnem orbem terrarum vnā vrbem esse ducūt. Te ærumnę premunt. te miserię omnes: qui beatum te: qui te florentem putas. te tuę libidines torquent. tu dies noctesq; cruciaris: cui nec latis est quod est: & id ipsum quod habes: ne sit diuturnum futurū times. Te conscientię stimulant malefactorum tuorū. Te metus exanimant iudiciorū atq; legū. Quo

cumq; aspexisti: vt furie: sic tuę tibi occurrunt iniurię que te respicere libere non sinunt. Quamobrem vt improbo & stulto & inerti nemini bene esse potest: sic bonus vir & fortis & sapiens miser nemo esse potest. Nec vero cuius virtus moreq; laudandı miseri: eius non laudanda est vita. Neq; porro fugienda est vita: que laudanda est. Eset aut fugienda: si esset misera. Quamobrem quidq; est laudabile. idem & beatũ & florēs: & expetēdũ videri debet.

Paradoxon Tertium.

ΟΤΙ ΙΣΑΤΑ ΑΜΑΡΤΗΜΑΤΑ.



Arua inquit est res atq; magna culpa. Nec enim peccata rerum euentu: sed vitis hominũ metienda sunt. In quo peccatur: id potest aliud alio maius esse aut minus: Ipsius quidem illud peccare quoquo te verteris vnũ est. Aurina uem euertat gubernator an paleę: in re aliquantulus: in gubernatoris inscitia nihil interest. Lapsa est libido in muliere ignota: ad pauciores dolor pertinet: quã si petulans esset in aliqua genere rosa ac nobili virgine. Peccauit vero nihilominus: si quidẽ est peccare tanq; transire lineam. Quod cum feceris: culpa cõmissa est: quã longe progrediare cum semel hinc transieris: ad augendam transeundi culpam nihil pertinet. Peccare certe nemini licet. Qd autẽ non licet: hoc vno id tenetur: si arguitur non licere. Id si quidẽ nec maius nec minus vnq; fieri potest: quod in eo est peccatum: si non licuit: quod semper vnum & idem est. que ex eo peccata nascuntur: æqualia sint oportet. Qd si virtutes sunt pares inter se: paria esse etiam vitia necesse est. Atqui si pares esse virtutes necesse est: nec bono viro mellorẽ: nec temperato temperatiorem: nec forti fortiozem: nec sapienti sapiētiorem posse fieri facillime perspici potest. An bonum virum dices qui depositum nullo teste cum lucrari impune possit auripondo decem rediderit. si idem in decem milibus auripondo non idem fecerit? Aut temperantez qui se in aliqua libidine continuerit: in aliqua se effuderit? Vna virtus e cõsentiens cum omni ratione & perpetua cõstantia. nihil huic addi potest quo magis virtus sit: nihil demı: vt virtutis nomẽ relinquatur. Et enim si benefacta recte facta sunt: & nihil recto refti: certe nec quidem bono melius quicq; inueniri potest. Sequitur igitur vt etiam vitia paria sint: si quidem prauitates animi recte vitia esse dicuntur. Atqui quoniã pares virtutes sunt: recte etiam facta quoniã e virtutibus proficiscuntur: paria esse debent. Itẽq;

peccata quoniā ex vitis manant. sint equalia necesse est. A philoso-  
phis inquit ista sumis. Metuebam: ne a lenonibus diceres. Socra-  
tes isto modo disputa bat. Bene hercle narras: nā istum doctum &  
sapientem virū fuisse memorię traditū est. Sed tamē quero exte:  
qm̄ verbis inter nos contendim? non pugnis: vtrū potius que-  
rendū de bonis sit: quid baiuli. quid operarii: an quid homines se  
serint doctissimi præsertim cum hac sententia non modo verior  
sed ne vtilior quidem hominū vitę reperiri vlla possit. Que vis  
enim est que magis arceat homines ab omni improbitate: quā si  
fenserint nullum in delictis esse discrimē: & que peccare se: si pri-  
uatis ac si magistratibus manus afferant: quācūq; in domum stu-  
prum intulerint: eandem labē esse libidinis? Nihil ne igitur inter  
est: nam hoc dicet aliquis: patrē quis enecet: an seruū? Nuda ista si  
ponas: iudicare qualia sunt facile non possum. Patrē vita priuare  
si per se scelus est: saguntini: qui parentes suos liberos emori quā  
seruos viuere maluerint: paricide fuerūt. Ergo & parenti nonnū-  
q̄ adimi vita sine scelere potest: & sepe seruo sine iniuria non po-  
test. Causa igitur hec non natura distinguit: que quādo vltro ac-  
cessit: id fit propensius. Sin vtrobiq; coniuncta sit: paria fiant ne-  
cesse est. Illud tamen interest: q̄ in seruo necando: si id fit iniuria  
semel peccatur. in patris vita violanda multa peccātur. Violatur  
is qui procreauit: is qui aluit: is qui erudit: is qui in sede & do-  
mo atq; in rep. collocauit: multitudinem peccatorum præstat eoq;  
pœna maiore dign? est: sed nos in vita nō que cuiq; peccato pœ-  
na sit: sed quantum cuiq; liceat spectare debemus. Quidquid nō  
oportet scelus esse: quidquid nō licet nefas esse putare debemus.  
Etiam ne in minimis rebus: etiam. si quidem modum rerum fin-  
gere non possumus animorū modum tenere possumus. Histrio  
si paululum se mouerit extra numerum: aut si versus pronuncia-  
tus est vna syllaba breuiore aut longiore: exhibetur. exploditur.  
In vita tua: que omni gestu moderatior & omni versu aptior esse  
debet vt in syllaba te peccasse dices? pœtas non audio in nugis. in  
vitæ societate audiā cluē digitis peccata dimetiētē sua: que  
si sunt visa breuiora: leuiora qui possunt videri: cū quidquid pec-  
cetur perturbatione peccetur rationis atq; ordinis: perturbata  
autem semel ratione & ordine: nihil possit addi quo magis pecca-  
si posse videatur.

Paradoxon Quartum. ΟΤΙ πάντες οἱ ἄνθρωποι πάντες

**O**Mnes stultos insanire. Ego vero te non stultum: vt sepe: nō  
 Improbū: vt semper: sed dementem & insanū rebus addicam  
 necessariis. Sipientis animus magnitudine consilii tolerantia re  
 rum humanaꝝ contēptione fortunę: virtutibus deniq; omnibꝫ  
 vt incensibus septus nūquid vincetur: & expugnabitur: qui nec ci  
 uitate quidem potest: que est em̄ ciuitas: omnis ne conuentus fu  
 rum & immanitū: ois etiā fugitiuorū & latronuz cōgregata vnū  
 in locū multitudo: certe negabis. Non igitur erat illa tunc ciuitas:  
 cū leges in ea nihil valebāt: & iudicia facebāt: & mos patriꝫ occide  
 rat: & ferro pulsus magistratibꝫ Senatꝫ nomē in Rep. nō erat: p̄do  
 num concursus & te duce latrocinium in foro constitutum & re  
 liquie cōiurationis a Catilinæ furis ad tuum scelus furorēq; con  
 uerse nū ciuitas erat: Itaq; pulsus ego ciuitate nō sum: quia nulla  
 erat. Accersitus sum aliquando in ciuitatem: vt esset in rep. cōsul:  
 qui tum nullus fuerat. esset senatus: qui tum occiderat. esset con  
 sensus populi liber. esset iuris & equitatis: que vincula sunt ciuita  
 tis repetita memoria. At vide q̄ ista latrocinii tui tela contempse  
 rim. iactam & iniustā: a te nefariam me in iniuriā semper duxi: tñ  
 peruenisse ad me nunq; putauit: nisi forte cum parietes disturba  
 bas: aut cum tectis scelera tas faces inferebas: meorum tunc aliqd  
 ruere aut deflagrare ar bitrabare. Nihil neq; meū est neq; cuiusq;  
 quod auferri: quod eripi: quod amitti potest. si mihi eripuisses di  
 uinā animi mei constantiam: meas curas: vigilias: consilia: quibꝫ  
 resp. inuicta stat: si huius æterni beneficii imortalem memoriam  
 deleuisses: multo etiā magis si illā mentem vnde hęc cōsilia ma  
 nauerūt mihi eripuisses: tūc ego me accepisse iniuriā confiterer.  
 Sed hęc non fecisti nec facere potuisti. Reditum mihi glorio  
 sum tua fecit iniuriā: non exitum calamitosum. Ergo ego sem  
 per ciuis & tunc maxime eram: cum meam salutem senatus ex  
 teris nationibus vt ciuis optimi cōmendabat. Tu ne nunc qui  
 dem ciuis es: nisi forte idem hostis esse & ciuis potest. An tu ci  
 uem ab hoste natura an loco: non animo factisq; distinguis?  
 Cēdem in foro fecisti. armatis latronibus templa tenuisti. pri  
 uatorū domos & ædes sacras incēdisti. Cur hostis Spartacus: si tu  
 ciuis? Potes autē eē tu ciuis: p̄pter quē aliqñ nō fuit ciuitas: & me  
 exulē tuo noīe appella s: cū oēs meo discessu exulasse rēp. putarit.



Nunc quæ ne homo amentissime te circūspicies: nunc quæ quid facias cōsiderabis: vel quid loquare: nescis exilium scelerum esse poenam: meumque illud iter ob præclarissimas res a me ante gestas esse susceptum: Omnes scelerati atque impii: quorum tu ducem esse te profiteris: quos leges exilio affici volūt: exules sunt: etiam si solum non mutarint. An cum omnes leges te exule esse iubeant: non eris tu exul: non appelletur inimicus qui cum telo fuerit ante senatum: tua si ca deprehensa est. Qui hominem occiderit: plurimos occidisti. qui incendium fecerit: ædes nympharum manu tua deflagrauit. qui templa deorum occupauerit: in foro castra posuisti. Sed quid ego communes leges profero: quibus omnibus es exul: familiarissimum tuus Cornificius de te privilegium tulit ut si opertum Bonæ deæ accessisses: exulares. Arid te fecisse gloriari soles. quomodo igitur in exilium tot legibus eiectus exulis nomen non perhorrescis: Rome sum inquis. & quidē in portu fuisti. Nun igitur ubi quisque erit: eius loci ius tenebit: si ibi eum legibus subiectum esse non oportebit.

Paradoxon Quintum. Ὅτι πάντες οἱ φρόνιμοι, ἐλεύθεροι.  
 πάντες δὲ μάθοι, δούλοι.

**O**Mnes sapientes liberos esse: Et omnis stultos seruos esse. Laudetur vero hic imperator: aut etiam appelletur: aut hoc nomine dignus putetur. Quomodo aut cui tadem hic libero imperabit: qui non potest suis cupiditatibus imperare: Refrenet primum cupidines: spernat voluptates: iracundiam teneat: coerceat auariciam: & ceteras animi labes repellat: Tum aliis incipiat imperare: cum & ipse improbissimis dominis dedecori ac turpitudini parere desierit. Dum quidem iis obediens: non modo imperator: sed liber habendus omnino non erit. Præclare hoc enim est usurpatum a doctissimis: quorum ego auctoritate non vterer vlla si mihi apud aliquos agrestes hæc habenda esset oratio: cum vero apud prudentissimos loquar: quibus hæc inaudita non sunt: cur ego simulem me: si quid in his studiis opere posuerim perdidisse: Dicuntur est igitur ab eruditissimis viris: nisi sapientem liberum neminem esse. quid enim est libertas. nisi potestas ut velis viuere. quis igitur viuit ut vult: nisi qui recta sequitur: qui gaudet officio: cui viuendi via considerata atque prouisa est: qui legibus quidē non propter metum paret sed eas sequitur: & colit: quod salutare maxime esse iudicat: qui nihil dicit nihil facit nihil cogitat denique nisi libenter

Paradoxa.

ac libere: cuius omnia consilia resq; omnes quas gerit ab ipso proficiscuntur: eodemq; feruntur: nec est vlla res: quæ plus apud eum polleat: quam ipsius voluntas atq; iudicium: cui quidē etias quæ vim maximam habere dicitur: fortuna ipsa cedit. Sicut sapiens poeta dicit: suis quisq; fungitur moribus: soli igitur hoc contingit sapienti vt nihil faciat inuitus: nihil dolens: nihil coactus. Quod etsi ita esse pluribus verbis differendum est: illud tamen breue confitendum est: nisi qui ita affectus sit: esse liberum neminem. serui igitur omnes improbi. Nec hoc tam re est quam dictu inopinatum atq; admirabile. Non eniz ita dicunt eos esse seruos: vt mancipia: quæ sunt dominorum facta nexu aut aliquo iure ciuili. Sed si seruitus sit: obedientia fracti animi atq; abiecti & arbitrio carentis suo: quis neget omnes leues: omnes cupidos: omnes deniq; improbos esse seruos. An ille liber mihi esse videtur: cui mulier imperat: cui leges imponit. præscribit. iubet. vetat quod videtur. qui nihil imperanti negare potest. nihil enim recusare audeat. poscit: dandum est. vocat: veniendum est. eicit: abeundum est. minatur: extimescendum est. Ego vero istum non modo seruū: sed nequissimum seruum: etiam si amplissima familia natus sit: appellandum puto. Atq; vt in magna familia stultorum sunt alii lautiores vt sibi videntur serui atrienses: sed tamen serui: actu parastultitiæ suæ: quos signa: quos tabule: quos celatum argentum: quos corinthia opera: quos ædificia magnifica nimio opere delectant. E summis inquit principibus ciuitatis sumus. Vos vero ne conseruorum quidem vestrorum principes estis. Sed vt in familia qui tractant ista: qui tergunt: qui verrunt: qui spargunt: non honestissimum locum seruitutis tenent: sic in ciuitate qui se istarum rerum cupiditatibus dederunt: ipsius ciuitatis locum penes infimum tenent. Magna inquis bella gessi. magnis imperiis & prouinciis præfui. gere igitur animum laude dignum. Echionis tabula te stupidum continet: aut signum aliquod Polycteri. Mitto vnde sustuleris: quomodo habeas: intuentem te & admirantem clamores tollentem cum video: seruum te esse omnium ineptiarū iudico. Nonne igitur sunt ista festiua! sint. Nā nos quoq; ocularos eruditos habemus: sed obsecro ista ita venusta habeantur: nō vt vincula virorum sint sed oblectamenta puerorum. Quid enim genses si. L. Mumius aliquem istorum videret Matellionem Co

rinthium cupidissime tractantem: cum ipse totam Corinthum  
 contempserit: vtrum illum ciuem excellentem an atriensem dili-  
 gentem putaret? Reuiscat. M. Curius: aut eorum aliquis quo-  
 rum in villa aut domo nihil splendidum: nihil ornatum fuit pre-  
 ter ipsos: & videat aliquem summis populi beneficiis vsum bar-  
 batulos nullulos exceptantem de piscina: & murenarum copia  
 gloriantem: nonne hominem hunc ita seruum iudicet vt ne in fa-  
 milia quidem dignum maiore aliquo negotio putet? An eorum  
 seruitus dubia est: qui cupiditate peculii nullam conditionem re-  
 cusant durissime seruitutis? Hereditatis spes quid iniquitatis in  
 seruido non suscipit? quem nutum locupletis orbi senis non  
 obseruat? loquitur ad eius voluntatem. quidquid denunciatum  
 sit facit. assentatur. assidet. miratur. quid horum est liberi? quid de-  
 niq; serui nisi inertis? Quid iam illa cupiditas: quæ videtur esse li-  
 berior honoris imperii prouinciarum: quam dura est domina: q̄  
 imperiosa? quam vchemens? Cethego homini non probatissi-  
 mo seruire coegit eos: qui sibi amplissimi esse videbantur: mune-  
 ra mittere. noctu venire ad eum. precari deniq; supplicare. quæ  
 seruitus est si hæc libertas existimari potest? Quid cum domina-  
 tus cupiditas excessit: & alius est dominus exortus ex conscien-  
 tia peccatorum timor: quam est illa misera quam dura seruitus?  
 Adolescentibus paulo loquacioribus est seruiendum. Omnes  
 qui aliquid scire videntur: tanquam domini timentur. Iudex ve-  
 ro quantum dominatum habet: que timore nocentes afficit: an  
 non est omnis metus seruitus? quid valet igitur illa eloquentissi-  
 mi viri. L. Crassi copiosa magis quam sapiens oratio? Eripite  
 nos a seruitute. Quæ est ista seruitus tam claro homini tamq; no-  
 bili. ois animi debilitata & humilis & fracta timiditas seruitus est.  
 Nolite sinere nos seruire cuiquam nisi vobis vniuersis: quibus  
 possumus & debemus. Libertatem vendicari vult? minime. quid  
 enim adiungit nisi vobis vniuersis: dominum mutare: non liber  
 esse vult: quibus & possumus: & debemus. Nos vero si quidem  
 aïo excelso & alto & virtutibus exaggerato sumus: nõ debemus  
 nec possumus. Tu posse te dicito: quandoquidem potes: debere  
 te ne dixeris: quoniã nihil quisquã debet: nisi qd' est turpe nõ red-  
 dere. sed hæc hæctenus. Ille videat quomodo imperator esse pos-  
 sit: cū eū ne liberum quidem esse ratio & veritas ipsa conuincat.

## Paradoxa.

Paradoxum.

μόνος ὁ σώφρων πλούσιος.



Vuod solus sapiens diues sit. Que est ista in commemo-  
 randa pecunia tua: tam insolens ostentatio? Solus ne tu  
 diues: Pro dii immortales. ego ne me audisse aliquid & di-  
 dicisse non gaudeam? solus ne tu diues? quid vero si ne diues qui  
 dem? quid si pauper etiam? quem enim intelligimus diuitem: aut  
 verbum hoc in quo homine ponimus? Opinor in eo in quo tan-  
 ta possessio est: vt ad liberaliter viuendum facile contentus sit:  
 qui nihil querat. nihil appetat: nihil optet amplius. Animus opor-  
 tet tuus se iudicet diuitem non hominum sermo neq; possessio-  
 nes tuę. qui nihil deesse sibi putat: nihil curat amplius. satiat est:  
 aut etiam contentus sine pecunia concedo diues es. si autem  
 propter auaritatem pecunie nullum quæsum turpem putas: cū  
 isti ordini ne honestus quidem possit esse vltus. Si cotidie frau-  
 das. decipis. poscis. pacisceris. aufers. eripis. si socios spoliās. æra-  
 rum expilas: si testamenta expectas amicorum quidem: atq; ipse  
 supponis. hæc vtrum abundantis: an egentis signa sunt? Animus  
 hominis diues non arca appellari solet: quamuis illa plena sit. dū  
 te inanem videbo: diuitem non putabo. Et enim ex eo quantum  
 cuiq; satis est: metiuntur homines diuitiarum modū. Filiam quis  
 habet: pecunia opus est. duas: maiore. si plures: maiore. et si vt  
 a sunt Danao quinquaginta sunt filię: tot dotes magnam pe-  
 cuniam querunt. quantum enim cuiq; opus est: ad id accommo-  
 datur: vt ante dixi diuitiarum modus. qui igitur non plures filias  
 sed innumerabiles cupiditates habuerit: quæ breui tempore ma-  
 gnas copias exhaurire possit: hunc quomodo ego appellabo di-  
 uitem: cum ipse egere se sentiat? Multi enim audierunt ex te cum  
 diceres neminē esse diuitē: nisi qui exercitū alere posset suis fru-  
 ctibus: quod populo. R. ex tantis vectigalibus iam pridē vix potest  
 cōtingere. Ergo hoc proposito nunq; eris diues antequā tibi ex  
 tuis possessionibus tantū reficiatur: vt ex eo tueri sex legiones &  
 magna equitum: & peditum auxilia possis. Iam fateris igitur non  
 esse te diuitem cui tantū desit: vt ex pleas id quod optas. Itaq; istā  
 paupertatem vel potius egestatem aut mendicitatem tuam nun-  
 quam obscure tulisti. Nam vt is qui honeste rem querunt mer-  
 caturis faciendis. operis dandis. publicis sumendis: intelligimus  
 opus esse quæsito: sic qui videt domi tuę pariter accusatorum


atq; iudicij cōsociatos greges: qui nocentes & pecuniosos reos  
eodem te auctore corruptelam iudicii molientes: qui tuas merce  
dum pactiones in patrociniis intercfas pecuniarum in concioni  
bus candidatorum: dimiffiones libertorum ad foenerandas dirta  
piendasq; prouincias: qui expulfiones vicinorū: qui latrocinia in  
agris: qui cū feruis cum libertis cum clētibus societates: qui pos  
fiffiones vacuas: qui proffcriptiones locupletū: qui cædes munic  
piorū: qui illam syllani tēporis miffem recordetur: qui testamen  
ta fubiefta: qui deniq; omnia venalia: delectum: decretū: alienam:  
fiam fententiam: forum: domū: vocem: silentiū: quis hunc nō  
putet confiteri fibi queffito opus effe? Cui queffito aut opus fit: qd  
vnquā hunc vere dixerit diuitem? Et enim diuitiarū fructus in co  
pia eft: copiam aut declarat fatietas rerū atq; abundantia: quam  
tu quoniam nunq; affequere: nūq; omnino futurus diues. Meā  
autem quoniā pecuniam cōtemnis: & recte: eft enim ad vulgi opl  
nionem mediocris: ad tuas nulla: ad meā modica: de me fitebo de  
te loquar. Si cenfenda nobis atq; eflimanda res fit: vtrum tandem  
pluris eflimemus pecuniam Pyrrhi quam Fabricio dabat: an cō  
tinentiam Fabricii qui illam pecuniam repudiabat: vtrum aurū  
Samnitū: an refpōfum. M. Curii: an hereditatem. L. Pauli: an  
libertatem Africani qui eius hereditatis. Q. Maxio fratri fuo par  
tem fuam cōceffit: Hæc profecto que funt fummariū virtutū: plu  
ris eflimanda funt: quā illa que funt mēbra pecunie. Quis igitur:  
fi quidem vt quifq; quod plurimi fit poffideat ita ditiffimus habē  
dus: fit dubitet quin in virtute diuitie funt: quoniā nulla poffefio:  
nulla vis aut atq; argenti pluris quā virtus eflimanda eft? O di  
mortales tales non intelligunt homines quā magnum veftigal  
fit parfimonīa. Venio enim iam ad fumptuosos: relinquo iftum  
queffiuofum. Capit ille ex fuis prediis fexcenta feftertia. ego cen  
tena ex meis. Illi aurata tefta in villis & fola marmorea ea facienti  
& figna & tabulas fupelleftilem & veftem infinite concupifcenti:  
non modo ad fructus ille eft fumptus fed etiam ad foenus exigū.  
ex meo tenui veftigali detractis fumptib; cupiditatis et aliqd re  
dūdabit. Vter igitur ditior culeeft ē an cui fupat: q eget an q abū  
dat: cui poffefio quo maior eft eo plus requirit ad fe tuendam: an  
qui fuis viribus fe fuffinet? Sed quid ego de me loquor: qui mo  
rum ac temporum vitio aliquantulum etiam ipfe fortaffe in hui;

Paradoxa.


ſeculi errore verſer? M. Manlius patrū noſtrorum memoria: ne  
ſemper Curioſ aut Lucinioſ loquamur: pauper tandem fuit. ha  
buit enim ediculas in carinīs & fundum in Labicano. Noſ vero  
ditioſe: qui plura habemus: vtinam quidem eſſemus: ſed nō eſſi  
matione cenſus: verum viſu atq; cultu terminatur pecunię mo  
dus. Non eſſe cupidum pecunię: non eſſe emacem vectigaliſ: con  
tentum vero ſuis rebus eſſe: maxime ſunt certiffimeq; diuitiū. Et  
enim ſi iſti callidi rerū eſtimatoſe prata & areas qualdam magni  
p̄cię eſtimāt: q̄ ei generi poſſeſſionū minime quaſi noceri poſſit  
quanti eſtimanda eſt virtus: que nec eripi: nec ſurripi poteſt: neq;  
incendio: neq; naufragio amittitur: nec tempeſtatum nec tem  
porum perturbatione mutatur: qua p̄diti qui ſunt: ſoli ſunt diui  
teſ. Soli enim poſſident reſ & fructuoſas & ſempiternas. ſoliq;  
quod eſt propriū diuitiarum: contenti ſunt rebus ſuis. Satiſ eſſe  
putant quod eſt: nihil appetunt. nulla re egent. nihil ſibi deeſſe  
ſentiunt. nihil requirunt. Improbi autem homineſ & auari: quo  
niam incertaſ & in caſu poſitaſ poſſeſſioneſ habent: & pluſ ſem  
per appetunt: neq; eorum quiſq; adhuc inuētus eſt: cui quod ha  
beret: eſſet ſatiſ: non modo non copioſi ſunt & diuitieſ: ſed etiam  
inopeſ & paupereſ exiſtimandi ſunt.

Ciceroniſ Paradoxa explicita.









530944397\*

